



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Panarion, Hoc Est, Arca Medica Variis Diuinæ Scriptvræ
priscorumq[ue] Patrvm Antidotis aduersus Animi morbos
instructa**

Busaeus, Johannes

Moguntiae, 1608

D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54834)



D

DESOLATIO SPIRITVALIS.

Remedia aduersus Desolationem.

Greg. hom. 36.
in Euang.

P

RIMVM Remedium. Fac, vt consolationes spirituales non contempnas, aut paruifacias, eoq; magis, quo præstantiores sunt carnalibus. *Hoc distare*, inquit B. GREGORIUS, *inter delicias corporis & cordis solet, quod corporales deliciae, cum non habentur, graue in se desiderium accedunt: cum verò auide eduntur, comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt. At contra spirituales deliciae, cum non habentur, in fastidio sunt: cum verò habentur, in desiderio: tantoque à comedente amplius esuriuntur, quanto & ab esuriente amplius comeduntur. Solent quidem nonnulli imperfecti obtendere in illis delitiis non esse positam vitæ spiritualis perfectionem, sed audiant illi quod subiicit idem Pater. Hæ delitiæ non habitæ amari non possunt, quia earum sapor ignoratur. Quis enim amare valeat, quod ignorat? Proinde psalmista nos admonet dicens. Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. Ac si aperte dicat, suauitatem eius non cognoscitis, si hanc minimè gustatis: & eo iam internas delicias animus non appetit, quanto se magis ab esu illius dulcedinis elongat. Et si in illis consolationib. non sit sita spiritualis perfectio; nulla tamè re Deus suos milites efficacius prouehere solet ad perfectionem, quam hoc spirituali dono, vt probat B. Ioannes Chryostomus in 2. epist. ad Corinthios exemplis Iob, Abrahæ & Pauli Apostoli. & Propheta regius de se testatur, dicens, *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum n dilatasticor meum. Cordis dilatatio*, inquit Augustinus *est iustitiæ delectatio*, Nec mirum, quia est velut pignus hereditatis nostræ, & quædam prægustatio gaudiorum cœlestiū, eorumq; propria, quorum cum Apostolo, *conuersatio in cœlis est*. Imò B. Bernardus in Declamatione ad verba. *Ecce reliquimus omnia*, arbitratu gaudium hoc esse centuplum, quod apud Matthæum in hoc tempore à Christo promittitur. Sensere hoc gaudium Apostoli, quibus dictum est. *Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis*. Sensit B. Augustinus post conuersionem suam, vt ipse cōfiteatur. Sensit S. BERNARDVS, qui ad fratrum suorum profectū vera eius præsentis indicia, quæ crebro erat expertus, prodere non dubitauit; quæ, si velis, lege.*

Psal. 33. 9.

Chry. hom. 7.
Psal. 118. 32.

Aug. in Psal. 118.
Eph. 1. 14.

Phil. 3. 19.

Matth. 19. 29.
Luc. 10. 28.

Aug. lib. 10. con-
fess. c. 40.
Bern. serm. 57 &
74. in Cant.

II. REMED. est Oratio in desolatione, tum quia Deus iubet nos in
omni-

omnibus afflictionibus per preces ad suum præsidium cōfugere, inqui-
 ens. *Inuoca me in die tribulationis, & eruam te.* tum quia viri sancti ita fecerūt,
 vt DAVID aliquoties in psal. 118. *non me derelinquas vsquequaque. Fiat miseri-*
cordia tua, vt consoletur me. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes quando
consolaberis me? Et alibi. *Redde mihi letitiam salutaris tui.* Deinde & gratias e-
 gerunt, si voto potiti essent. *Secundum multitudinem dolorum meorum,* inquit
 idem, *in corde meo consolationes tue laudificauerunt animam meam.* Et B. Paulus.
Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus
socius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Ac tanta est vi-
 rium nostrarum imbecillitas, vt periculum sit, si solatii saltem interni præ-
 sidium absit, ne corruamus. Qui autem tam perfectum se esse putat, vt
 existimet diu se huiusmodi desolationem, mæroremque animi posse su-
 finire, is hoc ipso imperfectum se esse demonstrat. Qui enim *existimat se*
esse aliquid, cum nihil sit, ipse se seducit, inquit Apostolus. Qui licet in tertium
 cœlum sublatus, tamen negauit se esse perfectum. Quem locum tractās
 B. AUGUST. *Quand u hic viuis, inquit, ipsa perfectio est humilitas.*

III. REMED. Est, examen conscientie. Si enim in mærorem animi
 vel desolationem incideres, mox expende, an tua culpa id acciderit, vel
 quia nimium addictus fueris amori rerum terrenarum, vel nimis multis
 negotiis te implicueris, an secus. Si enim culpa tua factum est, dole, pœ-
 nitentiam age, & affectum inordinatum rescinde. Sicut enim DEUS filiis
 Israhel non ante impertiuit dulcedinem manna, quam omnem farinam
 Aegyptiacam consumpsissent, sic consolatione diuina dignus non eris,
 nisi omnes consolationes terrenas amputaueris. Vt lux & nebula, sic ca-
 ro & spiritus inter se consentire non possunt. *Caro enim concupiscit* ait B.
 Paulus, *aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.* Hoc intelligens regius
 vates. Renuit, inquit, *consolari anima mea, nempe in rebus terrenis & cadu-*
cis, & sequitur. memor sui Dei & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spi-
ritus meus. defecit, ob consolationum spiritualium copiam, que longe præ-
stabant omnibus consolationibus mundi. Si vero post examen nullam
in te culpam deprehendas, ad præsidium diuinum primum, vt dixi, con-
fugas per humilem orationem, ac deinde humiliter & patienter Dei gra-
tiam expectes, sic enim idem vates regius fecit. Expectans expectaui Domi-
num ait & intendit mihi. Et exaudivit preces meas, & eduxit me de lacu miserie, &
de luto facta. & immisit in os meum cantum nouum, id est, tam lætum effecit, vt
 inciperem cantillare.

IV. REMEDIUM. Quod si post orationes, diuturnamque expecta-
 tionem, non redeat pristina consolatio, cogita lucem illam dulcedinem-
 que internam non fuisse tuam, nec merito tuo partam, sed donum Dei à
 patre luminum profectum, à quo teste B. Iacobo Apostolo, est omne do-

num, & omne datum optimum, atque illum voluisse te frui illo dono eum esse, nec necessarium, nunc autem subtraxisse, quod ita expediret, vel ut probet, num sincere seruias Deo ex amore ipsius, & non ex amore tui tantum, id est, tuarum consolationum. vel quia vult te ad sublimiorem perfectionis spiritualis gradum prouehere. Solet enim consolationes illas spirituales, tanquam lac puerile, suppeditare vitæ spiritualis tyronibus & nouitiis, ut paulatim eos abducat ab illecebris mundi & carnis: Vix siquidem ex viscoso amore mundi extrahi possent, nisi alius esset amor excellentior. Cum autem extraxerit, apponit illis cibum solidum, id est, patientiam tribulationum. Vnde Apostolus. *Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis.* Et rursus. *Cum essem paruulus, loquebar et paruulus, sapiebam vobis paruulus, cogitabam vt paruulus. Sed quando factus sum vir, euacuaui que erant paruuli.* Auiculae, quando sunt paruulae, educantur in nidis, at quando grandescunt, eiciuntur ex illis & suo labore viuunt. Abraham longe splendidius conuiuium instruxit in filii sui Isaac ablactatione, quam in eiusdem natiuitate. cur verò? nisi vt discas nihil gratius Deo esse, quam tandem a consolationum spiritualium lacte abduci, ad solidum cibum tribulationum. Atque hic Deus imprimis solet sua arcana patefacere, donaque coelestia impertiri. *Quem docebit Deus, inquit Isaias propheta, scientia? et quem intelligere faciet auditum? ablactatos a lacte, auulsos ab vberibus.* Quare si contingat te post debitam preparationem adhibitam aliquando in meditationibus spiritualibus, orationibus vocalibus, aliisque piis exercitationibus distractione & ariditate mentis vexari, ne mox desponde animum, sed eas ipsas in peccatorum tuorum poenam Deo offeras, & gratiores erunt Deo, quam si cum summo solatio, multoque lacrymarum imbre essent perfecta. Certe non dubitandum est orationem Christi in horto ante passionem peractam hoc Deo Patri fuisse gratiorem, nobisque fructuosorem, quo amplius omnis solatii expertus fuit. Tristis enim erat anima eius vsque ad mortem.

V. REMEDIUM & perfectissimum est, si quotidie in Dominica oratione ex corde sincero dicas *Fiat voluntas tua sicut in caelo, et in terra.* hoc est, voluntatem tuam conformes cum diuina, in neutram partem inclinando, nec in consolationes, nec desolationes spirituales, quia ne scis vtræ tibi sint conducibiliores: sed totum relinquendo iudicio & voluntati diuinæ. Deus enim non solum scit, quid nobis magis ad salutem expediat, sed nulla alia de causa immitit nobis animi afflictiones, quam qua largitur consolationes, nempe vt maiores in virtute progressus faciamus, vt tradit B. GREGORIUS. Hoc antidoto munitus erat aduersus omnes casus B. Job. cum cognitis grauissimis calamitatibus.

2. Cor. 3. 2.

2. Cor. 13. 11.

Gen. 21. 8.

Isa. 28. 9.

Matt. 26. 38.
Matt. 6.

DESOLATIO SPIRITVALIS.

55

Imitatus suis respondit. *Dominus dedit, Dominus abstulit, Sicut Domino placuit ita factum est. Sit nomen Domini benedictum.* Eodem munitus erat & patriarcha Abraham, cum iussus esset vnigenitum filium suum immolare, firmissimè credens non posse sibi aliquid à Deo imperari, quod non in maiorem suam, filiique crederet incolumitatem. Idem nobis omnibus exemplo suo imitandum reliquit summus Medicus noster Christus Iesus, qui cum ex impendentis passionis acerbitate, tanto mæore obrueretur, vt sanguinem sudaret, peteretque tertio tam durum calicem à patre cœlesti transferri à se, tamen semper addidit. *Verum tamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.*

Greg. 1. 2. mor.
c. 17.
Iob. 1. 21.
Gen. 22. 29.

Matt. 26. 39.

REMEDIA PRO CONSERVANDA consolatione spirituali.

I REMEDIUM est reuerentia, vt quo pluribus spiritualibus solatiis abundas, hoc maiori humilitate & reuerentia Deo seruias, conuenienter admonitioni prophetica. *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Et Apostolica. *Cum metu & tremore vestram salutem operamini.* Sicut enim qui magni pretii liquorem in vitro gestat, timide per vias incedunt, seduloque cauent ne alicubi impingant: sic tibi cauendum est, ne spiritualis gratia thesaurum, quem teste Paulo, gestamus in vasis fictilibus, per incuriam effundas. Nec arbitrari debes hos duos affectus, amoris & timoris, gaudii & trepidationis, esse sibi mutuo contrarios, alterumque ab altero extinguere: nam veluti in puteo, quo vna situla magis deprimitur, hoc altera sublimius attollitur, & quo turris fundamenta profundius iaciuntur, hoc fastigium illius altius educitur, sic quo magis per affectum timoris te dimittes ad considerandam tuam vilitatis abyssum, hoc amplius proficies in admiratione incomparabilis Dei bonitatis, quod te tam vilem creaturam in tantis habeat delitiis: crescente autem admiratione, necessesse est vt crescat & amor, & spirituale gaudium.

II. REMED. est Discretio, ne mox atque coeperis delibare consolationum spiritualium delicias, quas ex meditatione, communionem, cilicium, aliisque corporis castigationibus capis, totum te illis cupide ingurgites, sed certos limites, collato cum Patre spirituali consilio, tibi circumscribas, ne valetudinem postea offendas, & in varios morbos, quod multis accidit, impingas. *Qui mel multum comedit, inquit Salomon, non est ei bonum.* Et. *Hereditas, ad quam festinatur in principio, in fine benedictione*

Rom. 11. 1.
Cass. coll. 2. c. 1.

Bern. serm. 49.
in Cant.

Cass. coll. 2. c. 5.
Dam. lib. 6. ep.
37.

Etione carebit. Apostolus quoque monet, *ut rationale sit obsequium nostrum.*
CASSIANVS certe in collationibus suis tradit, monachum, nisi omni intentione discretionis donum fuerit affecutus, velut in cæca nocte oberrare. Imo **B. BERNARDVS** asseuerat virtutes etiam nobilissimas in vitia degenerare, si ab illis absit auriga virtutum discretio. Et experientia ipsa declarauit in veteribus eremitis durissimam alioquin vitam agentibus, vbi se nimium dedidissent istis consolationibus, turpissimè fuisse à fatana transfigurâte se in angelum lucis deceptos, ut probat dictus **Cassianus** loco citato exemplo **Heronis**. Subiiciam exemplum illustre ex **B. PETRO Damiano** Cardinale in epistola ad **Damianum** nepotem. *Hilibrandus Romana Ecclesia Archidiaconus Regina Adelhaide, et Rainaldo Cumanò Episcopo presentibus, Duo, inquit, sanctos monachos vidi, et non mediocre apud eos locum familiaritatis obtinui, qui nimirum singulis morabantur in cellulis apud monasterium, quod in loco constructum est, qui dicitur Aquisgrani: quorum videlicet alter, qui maioris videbatur esse simplicitatis, Marinus, alter autem Romanus vocabatur proprio nomine. Sed Marinus, vix vlla dies erat, in qua diabolus, vel per speciem aliquam non aspiceret, vel per somnium non audiret, adeò ut antiquus hostis sibi sepe conspiceret, simulque cum eo diuina laudis officia celebraret. Aliquando verò tenebrarum auctor se transfiguraret in angelum lucis, eique quasi legem dictando mandauit. Cautè, inquit, quia angelum Dei et aspiceret, et alloqui meruisti, indignum est, ut de cetero cum hominibus loquaris. Protenus ille, tanquam mandatum diuinitus accepisset, à fratrem se funditus colloquutione remouit, seque sub rigida silentij censura constrinxit. Cui cum frater Romanus primò, deinde Abbas monasterij, ut sibi loqueretur vehementer insistere, et ille prædantis labijs (verbum) non mitteret. Abbas fores cellulae violenter irrumpeus, dignis indiscretum fratrem verberibus castigauit, et sic ad reddendum sermonis officium compulit. Cui mox admonendo subiunxit, idcirco, inquit, antiquus aduersarius bonorum semper operum inimicus silentium tibi tentauit imponere, ut et tu fructum fraternæ edificationis amitteres; et illi, qui à te subleuandi erant, tua consolationis auxilium non haberent. Sic itaque frater, quia non malitia, sed ex simplicitate peccauerat, ad mentem quantocyus redijt, et contempta suggestionè diaboli, admonitionibus pij Patris humiliter acquieuit.*

III. **REMEDIVM** est Silentium, ut ne facile consolationes tuas spirituales alijs diulges, puerorum instar, qui nouis donati vestibus, aut calceis omnibus eos ostentant: sed nec gemitus, vel lachrymas coram alijs erumpere sinas, dicens cum Propheta **Isaia**. *Secretum meum mihi, secretum meum mihi,* quod **B. Bernardus** omnium monachorum cellis inscribi optat. Sic enim primo apud alios ostentationis suspensionem effugies: deinde vanæ gloriæ, quæ velut umbra corpus, nobilissima quæque opera sequitur, in animo locus non erit, sed nec in discrimen te coniciet totius huius spirituales thesauri amittèdi: sicut iam olim coniecit se rex **Ezechias**: qui quod omnes

Isa. 24. 16.
Bern. ad fratres
de monte Dei.

Isa. 39. 2.

omnes suos maiorumque suorum thesauros regis Babyloniorum legatis ostendisset, iudicio diuino eosdem amisit. Exemplum huius antidoti e-gregium nobis reliquit Christus Dominus, cum alibi, tū in primis, quan-
 do in monte Thabor gloriosa sui corporis transfiguratione tanto solatio Matt. 17. 9.
 tres Apostolos perfudit, vt optarent ibi perpetuam figere sedem. Vetuit enim illis, ne visionem hanc ante resurrectionem suam diuulgarent. Re-
 liquerunt & alii sancti miraculis clari. S. V D A L R I C V S Augustanus
 Episcopus, vt est in vita eius apud Surium, cum ei die Iouis sancto sa- Sur. 4. Iul.
 crum Missæ facienti, SS. Fortunatus, & Adalbero antecessores vita
 defuncti deunitus asstitissent, dextraque supra verticem cum eo corpus
 Domini consecrantis apparuisset, os clericorum qui sacram Eucharis-
 tiam tunc ab eo acceperunt, digito compressit, vt visum cæarent. Sa- Sur. 5. Aug.
 cro verò peracto idem mandauit illis sub pœna amittendæ vitæ. S. DO-
 M I N I C V S quoque cum mortuum quendam vitæ restituisset, & Car-
 dinalis quidam ei indicasset, ad gloriam Dei expedire, vt populo pa-
 tesceret, respondit se potius in terras infidelium abscissurum, quam hu- Sur. 4. octob.
 ic consilio assensurum. De S. FRANCISCO ex B. Bonauentura notum
 est, qui licet in oratione crebris visionibus, raptibus, & solatijs afficeretur
 à Domino, tamen ad socios regressus tam humiliter & abiectè se gere-
 bat, atque si nullam singularem gratiam percepisset: docebatq; suos fra-
 tres, vt, si quando visitarentur à Domino, dicerent. *Hanc consolationem,*
quam de cælo mihi misisti Domine, tua committo custodia, quia thesauri tui me sen-
no esse latronem.

IV. REMED. Humilitas. Vt si contingat te frui multis consolatio-
 num spiritualium delitijs, non idcirco te reputes alius meliorem, vel præ
 te illos tanquam animales contempnas. Sed cogita primò, delitias illas nõ
 esse virtutes, sed instrumenta tantum ad virtutem comparandam, sicut
 calcaria equiti ad cursum, arma militi ad pugnam, codex scholari ad stu-
 dia: quid enim prodest scholari codex, si eum non inspiciat? Noris ergo
 tibi consolationes illas contingere, vt magis in amore Dei, & virtute hu-
 militatis, hoc est, vero tui, non aliorum, contemptu proficias. 2. eas potis-
 simum concedi imperfectis, hoc est, tyronibus & nouitijs, vt hoc lacte
 spirituali ab vberibus mundi ad montem virtutum superandum sensim
 abducantur, & ideo non habes causam te reputandi alius perfectiorem,
 sed potius contra. 3. cogita, quo maiora dona à Deo acceperis, pluraque Luc. 12. 28.
 talenta, hoc est, strictiorem daturum rationem, si illis vsus non fueris. *Cui e-*
nim multum datum est, inquit Christus, multum quæretur ab eo. donum autem
 consolationis non datur, nisi ad sustinendos maiores labores, sicut opera-
 rio conducto non datur ientaculum, nisi vt postea alacrius in vinea ex-
 colenda se exerccat. 4. Saepè incertū esse, vnde illæ consolationes nobis
 H cueni-

58 CONSOLATIO SPIRITVALIS.

2. Cor. 11. 14.

eueniant. Aliquando enim originem habent à dæmone se in Angelum lucis transfigurante, vt liquet in hæreticis, qui in lectione S. scripturarum crebro magnum percipiunt solatium: quod illis dæmon subministrat, vt in errore confirmetur. Aliquando ex nobilitate materiæ, de qua meditamur: nam & Aristoteles fatetur magnam capi voluptatem, ex contemplatione orbium cœlestium & substantiarum separatarum. Aliquando ex naturali complexione, quia alii aliis sunt teneriores, & ad lacrymas procliuiores, vt mulieres. Cuiusmodi consolationes, vt nullius sunt meriti, sic nec reddent te meliorem.

Art. 1. 7. de part. anim. c. 5.

Psal. 118. 131.

Rom. 13. 1.

V. REMED. est. Consideratio finis consolationum. Finis enim est, obseruatio diuinorum mandatorum, & regularum proprii status, & mortificatio propriæ voluntatis. In oratione liquidem non aliud à Deo petimus, quam gratiam obsequendi eius voluntati & præceptis. *Os meum aperui*, inquit summus ille Orator, *& attraxi Spiritum, quia mandata tua desiderabam.* Mandata autem Dei non sunt solû illa quæ communia sunt omnibus hominibus, vt præcepta Decalogi, verum etiam leges cuiusque status, quia omnes status à Deo sunt. Vnde Apostolus in exitu quarundâ epistolarum tam prolixè commonefacit fideles, vt conuenienter suo statui viuant, vt vir vxori, seruus Domino, filii parentibus debita præstent obsequia. Hunc finem esse debere orationum nostrarum & deuotionû laculenter ostendit vel vnicus Psalmus 118. in quo cum numerentur septuaginta sex versus supra centum, nullus tamen ferè est, qui non faciat mentionem, vel legis, vel mandati, vel præcepti, vel sermonum, vel viarum Dei, vel iustificationum, vel verborum, &c. quæ teste Theodoro, aliisq; idem significant. Si ergo finis orationis est obseruatio diuinorum mandatorum, quid faciunt aliud, qui orationi vacant, ad captandâ consolationem, quam quod finem relinquunt propter medium, portû propter nauigationem, sanitatem propter medicinam, cuius beneficio sanitatem adipiscuntur? Iam verò ad perfectè obtemperandum voluntati diuinæ eiusque legibus, omninò necessaria est abnegatio, vel mortificatio propriæ voluntatis *Si quis vult*, ait Christus, *venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam.* Quemadmodum enim surculus arbori inferi nequit, nisi ramus præscindatur, cui inferendus est, sic cordi nostro inferi non potest diuina voluntas, nisi ramus nostræ voluntatis prius rescindatur, quod fit cultro mortificationis. Vnde Apostolus. *Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam.* Membra vocat ipsa vitia, vel animi passiones ad illa commouentes, quæ abscindendæ, & occidendæ sunt.

Matth. 16. 24.

Col. 3. 5.

VIDE V. Distractio. Illusiones spirituales. Impatientia in aduersis. Pusillanimitas. Tepiditas. Tristitia.

DESPE.

DESPERATIO.

Remedia contra desperationem.

I REMED. Considera Spiritus sancti oracula contra desperantes.

Nam apud Ezechielem Prophetam ita loquitur. *Quare moriemini* Ezech. 18. 32. & 33. 12.
Israël? quia nolo mortem peccatoris, dicit Dominus Deus, reuertimini, & uiuite.
 Et rursus. *Impietas impii non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impie-*
tate sua. Et apud Ieremiam. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, ta-* Ier. 3. 7.
men reuere ad me, dicit Dominus. Et Esaiam *Lauamini, mundi estote, auferite ma-* Isa. 1. 16.
lum cogitationum uestrarum ab oculis meis, &c. Si fuerint peccata uestra, ut cocci-
 num, quasi nix dealbuntur. Deinde apud Ecclesiasticum. *Quam magna mi-* Eccl. 17. 28.
sericordia Domini, & propitiatio illius conuertentibus ad se? Et iterum. *Felix, qui*
non habuit animi sui tristitiam, & non exiit spe sua. B. Ioannes quoque sic lo- Eccl. 14. 2.
 quitur. *Christus propitiatio est pro peccatis nostris: nec pro nostris tantum, sed etiam* 1. Ioan. 2. 2.
pro totius mundi. Et. *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat* 1. Ioan. 1. 9.
nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.

II. REMEDIUM. Considera testimonia SS. Patrum S. B. A. S. T. Bal. q. 13.

L I V S in reg. breuioribus *Si peccata & magnitudine & numero possunt desiniri:*
miserationes autem Dei neque magnitudine, neque numero possunt circumscribi, sine
dubio non est, cur desperatio adhibenda sit, sed agnoscenda misericordia Dei, & commi-
sa peccata detestanda. IOAN. CHRYSOSTOMVS proemio in Esaiam. Chry. proe. 2.
Et si quis innumeris peccatis sit sauciatus, si eorum poeniteat, & bonum agat, ita Deus
omnia abolet, ut nullum eorum vestigium appareat. Et alibi. *Nolo dicas, blasphemus* In PL. 30. hom. 26.
sum: nolo dicas, persecutor sum, immundus sum: Habes omnium offensiones. vis in
nouo, vis in veteri? In veteri Dauid, in nouo Paulus. Nolo excusationes tibi afferas:
nolo ignauiam praetendas. Peccasti? poenitere. Millies peccasti? millies poenitere. Haec
assidue infundendo medicamenta, &c. Si lapsus es, poteris surgere. In utramuis partem ha-
bes liberum arbitrium. Si vulneratus es, adhibe tibi curam dum uirgis, dum spiras, et-
iam in ipso lecto positus, etiam, si dici potest, animam efflans, ut iam de hoc mundo exeat.
Non impeditur temporis angustia misericordia Dei. Quid enim est peccatum ad Dei mi-
sericordiam? tela aranea, quae vento flante nusquam comparet. HIERONYMVS ad Hier. ep. 7. 25. & 48.
Latham. Nisi uiam sera est conuersio. Lathro de cruce transit ad paradisum. Nabucho-
donozor rex Babylonis post efferationem corporis & cordis mentem recipit humanam. Idem
habet ad Paulum, & Sabinianum. AVGVSTINVS de uerbis Domini. Aug. serm. 134.
De nullo desperandum est, quamdiu patientia Dei ad poenitentiam adducit: nec de hac
uita rapit impium, qui non mortem uult impij, quantum ut reuertatur, & uiuat.
Paganus est hodie, unde scis, utrum sit futurus crastino die Christianus? Et alibi

Serm. 58. de
temp.

Fortē cogitat aliquis tam graua se admisisse peccata, vt iam Dei misericordiam promeriri non possit, absit hoc à sensibus omnium peccatorum. O homo, quicumque illam peccatorum multitudinem attendis, cur & omnipotentiam cœlestis medici non attendis? Cum enim DEUS velit misereri, quia bonus est & possit, quia omnipotens est, ipse contra se diuinae bonitatis ianiam claudit, qui Deum sibi misereri, aut non velle, aut non posse credit, eumque aut bonum, aut omnipotentem esse

Lib. 1. c. 19.

diffidit. Acrursum in libris Retractat. De quocunque pessimo in hac vita constituto vtique non est desperandum: nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur.

Leo ep. 91.

Leo Magnus ad Theodorum Foroiulensem. Qui in tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instantia praesidium poenitentiae, & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia misericordia Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniae moras vera conuersio, dicente spiritu Dei per prophetam. Cum conuersus ingrueris, tunc saluus eris. Et iterum. Quia apud Dominum misericordia est, & copiosa

Isa. 30. iuxta 70.
Psal. 129. 7.

apud eum redemptio.

Aug. serm. 181.
de temp. c. 16.

III. R E M E D. est Poenitentia, vt liquet ex aliquot testimoniis tum Scripturae, tum S. Patrum iam citatis: modo sit vera & ex sincero corde profecta. Nunquam Deus, inquit B. A V G V S T I N V S, spernit poenitentiam, si ei sincerè & simpliciter offeratur, suscipit, libenter accipit, amplectitur omnia, quatenus eum ad priorem statum reuocet. Et infra. Donec sumus in hac vita, quantacunque nobis acciderint peccata, possibile est omnia abluī per poenitentiam.

Isid. l. 2. c. 14.

B. I S I D O R V S de summo bono. Nullus desperare debet veniam, etiamsi circa finem vitae ad poenitentiam conuertatur. Vnumquemque enim D E V S de suo sine, non de vita praeterita iudicat. Et ante hos B. C Y P R I A N V S. Sed & in eodem articulo temporis cum iam anima festinat ad exitum, & egrediens ad labia expirantis emerferit, poenitentiam clementissimi Dei benignitas non aspernatur: nec seruum est quod verum, nec irremissibile quod voluntarium, & quacunque necessitas cogat ad poenitudinem, nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec horae extremitas, nec vitae enormitas, si vera contritio, si pura fuerit voluptatum mutatio, excludit à venia, sed in amplitudine sinus sui mater caritas prodigos suscipit reuertentes, & velit nolit Nouatus haereticus, omni tempore Dei gratia recipit poenitentes. Item tractatu primo contra Demetrianum, in fine.

Cypr. serm.
de cœna dom.

Heb. 11. 2.

IV. R E M E D. Memoria passionis Christi, quod tradit Apostolus in epistola ad Hebræos. Aspicientes in authorem fidei, inquit, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem in confusione contempta, &c. recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Recogita & tu, si tibi aliquando ob frequentes lapsus tentatio desperationis obrepit. Primò, quanto amore te, licet maximum peccatorem D E V S pater, com-

complexus fuerit; cum B. Ioannes de eo scripserit. *Sic Deus dilexit mundum* Ioa 1.16.
ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. 2. quantum te dilexerit Dei filius, ut ad te à peccatis, & damnatione æterna liberandum de cœlis descenderit, *formam serui*, ut loquitur Apostolus, id est, carnem humanam assumpserit factus homo, cum peccatoribus conuersatus sit & manducarit. Vnde cum Pharisei mirarentur eum etiam cum Publicanis manducasse: respondit. *Non ueni uocare iustos, sed peccatores* 3. recogita, cum verbo vnico, gemitu vel guttula vna sanguinis potuerit omnia peccata tua, atrocissima licet & innumera expiare, totum sanguinem profuderit, *factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*, id est, ignominiosissimam. 5. recogita tãta eum caritate exarsisse, ut si vel tu solus peccator extitisses, pro te illa passurus fuisset. Hoc sciens summus Christi amator Paulus, Galatas suos ita allocutus est. *In fide uiuisti filij Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me.* Sic enim illa uerba intellexit diuinus ille **CHRYSOSTOMVS**. *Quid facis ò Paule, inquit, quod communita propriè tibi vendicas? quæquæ pro toto terrarum orbe facta sunt, tibi facis peculiaria?* Chry. circa. 2. ad Gal.
Non enim dixisti, qui dilexit nos, sed qui dilexit me. Et paulo post. *Nempe declarat par esse, ut quisquæ nostrum non minus gratias agat Christo, quam si ob ipsum solum aduenisset. Nequæ enim recusaturus erat, vel ob vnum solum tantam exhibere dispensationem. adeo singulum quemque hominem pari caritatis modo diligit, quam diligit orbem vniuersum.* **HVIVS** remedii vim & efficacitatẽ notauit alicubi mellifluus **BERNARDVS**. *Peccati, inquit, peccatum grande, turbatur conscientia, sed non perturbabitur, quoniam vulnerum Domini recordabor. nempe vulneratus est propter iniquitates nostras.* Bern. serm. 61. in Cant.
Quid tam ad mortem, quod non Christi morte saluetur? Si ergo in mentem uenerit tam potens, tamque efficax medicamentum, nulla iam possum morbi malignitate terrei. Et ideo liquet errasse illum, qui ait. Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Isa. 53. 5. Gen. 4. 13.

V. R E M E D. Considera exempla eorum, qui ex grauiissimis sceleribus, ob quæ diffidere de misericordia diuina posse videbantur, tandem per pœnitentiam emerferunt, & ad salutem æternam peruenerunt, ut primus parens Adam, qui lapsu suo totum mundum perdidit. Dauid, Nabuchodonozor, latro in cruce, filius prodigus, publicanus pectus tundens, Mathæus in telonio, Magdalena peccatrix, Petrus Christi abnegator, Paulus Ecclesie persecutor, & innumeri alii. Vnde **B. BERNARDVS** Bern. serm. 3. in solemnitate Petri & Pauli sic suos alloquitur. *Si Petrus post tam grauem lapsum ad tantam rediit eminentiam sanctitatis, quis de cætero desperet, si tamẽ egredi uoluerit à peccato? Et infra. Audistis certè, quam misericordiam consecuti sint Apostoli nostri, ut iam nemo ex uobis super peccatis præteritis ultra quam necesse sit confundatur, in cubili conscientie suæ compunctus. Quid enim? fortasse peccasti in seculo? nunquid amplius Paulo? quod si & ipsa in religione, nunquid plus Petro? Atamen*

Cyp.

illi in toto corde poenitentiam agentes, non modo salutem, sed & sanctitatem consecuti sunt: etiam & salutis ministerium & magistratum adepti sunt sanctitatis. Et CYPRIAN. Martyr in sermone de coena Domini. Ipse Dominus noster derelictorum personam gerens in cruce, se queritur derelictum, & ne desperarent etiam in ultimis constituti, festinans in adiutorium illico adest, & re in arcto posita non differt beneficium, sed repente indulgentiae celeris documentum eiusdem statuit & exemplum, latroni iniquiens: Hodie mecum eris in paradiso. Latrocinium damnationem meruerat, & supplicium: sed cor contritum poenam mutavit in martyrium, & sanguinem in baptismum.

Luc. 23. 43.

VI. REMED. Reuoca in mentem omnia bona antea vitae opera.

Tob. 4. 12.

Ex illis enim magna in animo excitari solet fiducia ob aperta diuinae scripturae testimonia, exemplaque sanctorum. Nam Tobias sic alloquitur filium. Fiducia magna erit coram summo Deo elemosyna omnibus facientibus eam. & B. Paulus ita scribit Timotheo. Qui bene ministrauerint, bonum gradum sibi acquirunt, & multam fiduciam in fide quae est in Christo Iesu. Et alibi. Nam & uinctis compassi estis, & rapinam honorum uestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam uestram, quae magnam habet remunerationem. & B. Ioannes. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & quae sunt placita coram eo facimus. Quod ad exempla attinet. Primum est Ezechiae regis, qui impendens te morte (quo tempore tentatio desperationis vigere solet) conuersa facie ad parietem sic orauit ad Dominum. Obsecro Domine, memento quae ego, quomodo ambulauerim coram te in ueritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Quam orationem magno cum fletu factam constat placuisse Deo, quia illico exaudita est. Similiter B. Paulus uicinus morti non dubitauit bona opera sua commemorare. Nam cum ad Timotheum scribens dixisset. Ego iam delibor, & tempus resolutionis meae instat, mox subiicit. Bonum certamen certauimus, cursum consummauimus, fidem seruauimus, in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illo die iustus iudex: non solum autem

1. Tim. 3. 13.

Heb. 10. 34.

1. Ioan. 3. 21.

Isa. 38. 31.

2. Tim. 4. 6.

Theod. Theop.
secum.

Hier. in uita v.
tristisq.

Sulp. in uita.

Bonau. in uita
eius.

michi, sed & iis qui diligunt aduentum eius. id est, vitam caelesti remuneratione dignam instituunt, ut Patres exponunt. Idem fecere plerique alii sanctissimi viri. Nam S. HIERONYMUS auctor est, S. Paulum eremitam ad finem vitae S. Antonio dixisse. Peracto cursu superest mihi corona iustitiae. S. Hilarionem uero in articulo mortis clamasse. Egredere, quid times? egredere anima mea, quid dubitas? septuaginta prope annis seruisti Christo, & mortem times? In quae uerba exhalauit spiritum. SVLPITIUS quoque Seuerus refert D. Martinum in exitu de corpore daemone astanti dixisse fiducialiter. Quid astas cruenta bestia? nihil in me funeste reperies. Et S. BONAVENTURA scribit extrema uerba S. Francisci fuisse. Me exequantur iusti, donec retribuas mihi.

VII. RE-

VII. REMED. est. Ut ad aliquem Patrem spiritualem, pium & sapientem virum, cum in aliis tentationibus, tum in hac, quæ omnium periculosissima, per fugium habeas. Monet enim Spiritus sanctus apud Sapientem. *Ne sis sapiens apud te ipsum.* Et. *Fili sine consilio nihil facies, et post factum non poenitebit.* Et. *Consiliarius sit tibi vnus de mille.* Et. *Qui sapiens est, audit consilia.* Vnde S. Bernard. in epist. 87. *Qui se sibi Magistrum, inquit, constituit, subleuo se discipulum subdit.* Et ad fratres de monte Dei. *Tres, debet monachus habere in cella. Deum, conscientiam, et patrem spiritualem.* Idem alibi scribit S. Malachiam adhuc in seculo degentem diuinitus monitum ut patrem aliquem spiritualement deligeret, cui loco Dei obediret. **P**ro hoc antidoto exemplum illustre habes apud **EYSEVIUM** in Ecclesiastica historia de adulescētulo, quem B. Ioannes Apostolus Episcopo cuidā commendarat, postea autem peruersorum sodalium consuetudine seductus in omnium vitiorum gurgitem se eo vsq; præcipitarat, ut ex salutis desperatione Princeps latronum factus fuerit. Quod ut postea cognouit B. Ioannes, mox eques ætatis oblitus in viam se dedit, iuuenem fugientem insequitur & assequitur, infimis precibus obtestatur ut resipiscat, sp̄ salutis promittit, se animam pro eius anima positurum, & in extremo iudicii die pro eo rationem redditurum, ac veniam omnium criminum à Christo Domino impetraturū, cedit tantæ caritati iuuenis, resipiscit, arma abiicit, sp̄ salutis recuperat, & deserta societate latronum Deo & Ecclesiæ reconciliatur. Idem exemplū imitatus est S. **EDMUNDVS** Cantuariensis Archiepiscopus, qui, cum aliquando in hominem de salute sua desperantem incidisset, nec rationibus vllis ad exomologesin de peccatis faciendam permouere posset, dixit se animā suā pro eius anima deponere, modo peccata sua confiteatur, qui & confessus est. Et ante eum S. **ABRAHAM** eremita, qui ut neptem suam à flagitiosa vita, in qua bienniū consumpserat, reuocaret, ementito habitu militis, eques ad eam profectus est, inuentā remotis arbitris allocutus est, dicens. *Super me sit peccatum tuum, quo hactenus amatorib. fæde prostituisti corpus tuū: ego p̄ eo satisfaciā: ego in die iudicii pro te filia mea rationē reddā. Cūq; illa regeret. Nimis magna est iniquitas mea, non potest mihi esse spes salutis, vsq; sp̄dit. Super me sit iniquitas tua, filia mea, ex meis manib. Deus hoc peccatum requirat, tantū veni mecū. Ita venit, & poenentiā pro peccatis suis reliquo vitæ tempore tantam egit, ut etiā miraculis clara è vita excesserit.*

Prou. 3. 7.
Eccli. 32. 24.
Eccli. 6. 6.
Prou. 12. 15.

Bern. in vita eius.

Eucl. 7. c. 17.

Ephraem. tom. 3.
Sur. 16. Marc.

Aug. cap. 35.

VIII. REMED. pro eo, qui in desperationem salutis venit, ex persuasione, quod forte non sit prædestinatus. *Fuit, inquit B. AVGVSTINVS* in libro de dono perseverantiæ, *quidā in nostro monasterio, qui corripientibus fratribus, cur quādā non faciendā faceret, et faciendā nō faceret, respondebat: qualiscūq; nūc sim, talis ero, qualē me Deus esse præseruit. Qui p̄fecto et verū dicebat, et hoc vero nō p̄ficiēbat in bonū: sed vsq; adeo p̄fecit in malū, ut deserta monasterij societate, fieret*

Matth. 4. 10.

Psal. 30. 2.
Proucib. 28. 25.
1 Tim. 2. 4.
2 Pet. 3. 9.

Chryl. cit.

Hier. l. cit.
Cypr. de coena d.
Matth. 10. 22.
Bern. ad frat. de
monte Dei.

fieret canis reuersus ad vomitum, & tamen adhuc, qualis sit futurus, incertum est. Antidotum præfens est, vt quoties talis tentatio occuparit animum tuū, illico eam repudies, dicens. *Vade Satana.* Est enim tentatio planè diabolica, cum prædestinatio sit res occultissima, soli Deo nota. Deinde Satanæ, velut offam, hæc tela regia obiice. *In te Domine speravi, non confundar in æternum.* Et. *Qui sperat in Domino sanabitur.* Paulus dicit Deum velle omnes saluos fieri. & B. Petrus, nolle aliquem perire, sed omnes ad penitentiam reuerti. **DICES,** coniectura te duci, vt credas te non esse in numero prædestinatorum, quod in eadem errata, & defectus identidem relabare. Aio, & hanc coniecturam esse fallacem. Si millies in lubrico cadas, millies, dum vires suppetunt, resurgis. cur non resurgas & à peccato? *Millies peccasti supra monuit Chrysostr. millies penitere.* Esto, in extremam vsq; vitæ horam delinquas. in extremo momento resurge. *Nunquam sera est,* sæpè dixit seuerus Hieronymus & ante eum Cyprianus. *conuersio.* Si monachus es, non sinas te huius tentationis vi eo abduci vt vocationem deferas, memor dicti Christi. *Qui perseuerauerit vsq; in finem, saluus erit.* & S. BERNARDI, in epist. ad Carthusienses. *Monachus moriens, aut vix, aut nunquam à cella in infernum descendit, quia vix vnquam aliquis, nisi cælo prædestinatus in ea vsq; ad mortem persistit.*

IX. REMEDIUM est inuocatio B. Virginis Mariæ, quod tradit S. BERNARDVS homilia 2. super Missus est. *Si insurgant, inquit, venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, vocam Mariam. Si criminū immunitate turbatus, conscientie seditate confusus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitia, desperationis abyssō, cogita Mariā. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita; Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde, & vt impetres eius orationis suffragium, non deferas conuersationis exemplum. Ipsam sequens non deitas; ipsam rogans non desperas; ipsam cogitans non erras. Exempla complura habes in historia Lauretana Horati Torfellini, & Iusti Lipsii miraculis B. V. Hallensis & Aspricollis.*

VIDE V. Amor sui. Blasphemia. Desolatio spiritalis. Illusiones spirituales. Immortificatio passionum. Impatientia in aduersis. Inuidia. Ira. Obstinatio. Odium. Procrastinatio. Pusillanimitas. Timor humanus. Tristitia. Vindicatio iniuriæ.

DETRACTIO.

Remedia contra Detractionem.

Exod. 22. 28.

I REMED. Considera sententias diuinæ scripturæ. In Exodo Deus dixit. *Dius (superioribus) nō detr abes, & principi populi tui nō maledices.* Et in

in Leuitico. *Non eris criminator, nec susurro in populo.* Et Sapiens. *Susurratori* Leu. 19. 16.
odium, & inimicitia, & contumelia. Et. *Si mordeat serpens in silentio, nihil minus ha-* Eccli. 5. 17.
bet, qui occultè detrahit. Et. *Homo affuetus in verbis improprij, omnibus diebus vi-* Eccli. 10. 11.
ta sua non erudietur. Et. *Abominatio hominum detractor.* Et. *Cum detractoribus ne-* Eccli. 23. 20.
commiscaris, quoniam repente consurget perditio eorum. Et. *Susurro & bilinguis* Prou. 24. 9. 21.
maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Et Apostolus *Detractores, Deo* Eccli. 28. 15.
odibiles. Et. *Si inuicem mordetis & comeditis: videte, ne ab inuicem consumamini.* Rom. 1. 30.
 Deinde B. Iacobus. *Qui detrahit fratri, aut iudicat fratrem suum, detrahit legi, &* Gal. 5. 15.
iudicat legem. id est, contemnit legem. Iac. 4. 11.

II. REMED. Considera sententias S. Patrum. S. ANACLETVS Pa- 2. q. 7. c. accusa-
 pa. Si, inquit, detractores quorumcunq; grauius iudicantur, & in perditionis laqueu- tio.
 cadunt, multò magis detractores, atque accusatores famulorum Dei damnantur, & in
 baratrum, nisi se correxerint, & per satisfactionem condignã egerint penitentiam, in-
 dubitanter cadunt, & vindicibus flammis extinguntur. HIERONYMVS ad Nepo- Hier. ep. 21.
 tianum. *Cauere, ne aut linguam, aut aures habeas prurientes, id est, ne aut ipse aliis de-*
trahas, aut alios audias detrahentes. *Parce à detractioe lingua, custodi sermones tuos,*
& scito, quia per cuncta, quae de aliis loqueris, tua conscientia iudicaris, & in his ipse
deprehenderis, quae in aliis arguebas. CHRYSOST. ad pop. Antioch. *Fugiamus* Chry. hom. 5.
dilecti, fugiamus detractioes, docti, quod est totum Satanicum baratrum insidiarum
eius haec in seffio. Vt enim nostra negligamus, & grauius nobis reatus constituamus
in hanc nos consuetudine diabolus duxit. Et post. *Si quis ex praeferente stercus com-*
moueat, hoc facientem conuicio afficit. hoc fac & erga detractores. *Non enim commotiu*
stercus sic fetore carui laginem percellit, sicut aliena peccata prodita animos contristare,
& perturbare solent. S. PAVLINVS ad Celantiam. *Semper scriptura memor esto* In Hier. ep. 14.
dicentis. Noli diligere, detrahere ne eradiceris. Pauci admodum sunt, qui huic vitio re- Prou. 20. iuxta
nuntiant, raroq; inuenies, qui ita vitam suam irreprehensibilem exhibere velint, ut non 70.
libenter reprehendant alienam: tantaq; huius mali libido mentes hominum inuast, ut
etiam qui procul ab aliis vitis recesserunt, in istud tamen quasi in extremum laqueum
incidunt. Tu vero hoc malum ita effuge, ut non modo non ipse detrahas, sed ne alij qui-
dem detrahenti aliquando credas. POSSIDIVS de vita B. Augustini. *Contra pe-* Possid. c. 21.
nitentiam humana consuetudinis in mensa ita scriptum habebat.

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,

Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.

Et ideo omnem conuiuiam à superfluis, & noxijs fabulis & detractioibus sese ab-
 finere debere adponebat. Nam & quo silã suos familiarissimos coepiscopos illius scri-
 ptura oblitos, & contra eam loquentes tam esse aliquando reprehendit commotus, ut
 diceret, aut delendos esse illos de mensa versus, aut se de media refectioe ad suum cubi-
 culu surrecturũ. Quod & alij, qui illi mensa interfuimus, experti sumus. S. BERN. Bern. serm. 3.
 ARDVS de dedicatione Ecclesie. *Proditores fiunt, quicunq; in hoc Domini ca-* Rom. 1. 30.
strum inimicos eius introducere moluntur, quales sunt utiq; detractores Deo odibiles.

I qui

qui discordias seminant, nutriunt scandala inter fratres. Sicut enim in pace factus est locus Domini, sic in discordia locus fieri diabolo manifestum est. Non miremini fratres, si durius loqui videor, quia veritas neminem palpat. Omnino proditorem se noverit, si quis forte, quod absit, vita qualibet in banc domum conatur inducere, & templum Dei speluncam facere demoniorum.

L. Granata
conc. 3. dom. 4.
Quadreg.

1. Cor. 6.

Rom. 1. 30.

Pro. 22. 1.
Eccli. 4. 15.

Grat. de poenit.
dist. 1.

1. Pet. 4. 15.
II. q. 3. c. nemo.

Bern. serm. 24.
in Cant.

III. REMED. Considera, quam graue crimen sit detractio. Tam multa enim mala illius in S. scripturis, maxime Ecclesiastici 28. cap. & in S. Patrum monumentis reperimus, ut verè dici possit, ait quidam, maximam hominum partem ob hoc vnum crimē interire, maximè cum regnet etiam inter clericos & monachos. Nolite errare, inquit Apostolus, nec fornicarij, nec idolis seruientes, nec adulteri, nec furcs, nec maledici regnum Dei possidebunt. Idem asserit eos Deo exosus. Theologi sane scholæ volūt esse grauius furto & rapina, quod eo boni nominis existimatio ære præstātor tollatur. Vnde Salomon dixit. Melius est bonum nomen, quā diuitiæ multæ. Et. Curā habe de bono nomine. Hoc enim magis permanebit tibi, quā mille thesauri pretiosi & magni. Imo cum multi plus diligant bonam famam, quā vitam, nō dubitant illud exæquare homicidio: eo quod B. CLEMENS Romanus Papa in 1. epist. ad S. Iacobum ita scripserit. Homicidiōrū tria genera esse dicebat B. Petrus, & poenam eorum partem fore dicebat: sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita detractores quoque eorum, eosque odientes homicidas esse manifestabat. Et Aug. Nemo peritiorum aut prudentium putet, quod minus sit periculum in verbis lingua mentiēdo, quā manib. sanguinem fundendo. Qua de causa passim in scripturis detractorum lingua gladio, nouaculæ acutæ, armis & sagittis comparatur. Hieron. in Ps. 100. ait, detractioem esse peiorem fornicatione. S. BERNARDVS inde eius grauitatem exaggerat, quod caritati in primis aduersetur. Detrahentem, inquit Dauid, secreto proximo suo, hunc persequebar. Nec mirum, cum id præcipuè vitium caritatem qua Deus est, & quidē ceteris acius impugnare & persequi cognoscatur. Omnis enim qui detrahit, primum quidem seipsum prodit vacuum caritate: deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi vt is cui detrahit, veniat in contemptum, vel odium ipsis apud quos detrahit?

Chrysom. 3.

Gal. 5. 19.

IV. REMED. Considera quam late fundatur, & quam virulentum fit, quod luculenter exposuit B. CHRYSOST. populo Antiocheno. Detrahēs fraternas carnes, inquit, comediisti, proximi carnē momordiisti Vnde & Paulus terruit dicens. Si autem vos invicem mordetis & comeditis, vilete ne ab inimicem confusamini. Non infixisti dentes carni, sed animæ maledictū, improbam suspensionē infixisti, vulnerasti, innumeris affecisti malis, & te ipsum, & alios plures, & c. Insuper communem Ecclesie statum laesisti: non enim omnes audientes peccatorem solum accusant, sed opprobria Christianorū genti instiguntur, & infideles, pro eo, qui peccauit, Christianos omnes calumniis insectantur. Adhæc Dei gloriā blasphemari fecisti. Sicut. n. nomē Dei nobis laudabiliter viventibus glorificatur, sic peccantibus blasphematur. Quartū

malum, audientē confudisti, & sic impudentiorē reddidisti, inimicum eū reddēs. Quin-
 tum, te ipsum pœna reum fecisti, ne gorta ad tentibil attentia texens. Et S. BERN. Bern
 de triplici custodia, manus, linguæ, & cordis. Numquid non est viperā lin-
 gua detractoris? Ferocissima planē, nimirum quæ lethaliter tres inficiat statu vno.
 Numquid non lancea est ista lingua? profecto, & acutissima, quam tres penetrat ictu
 vno. Lingua, inquit, eorum gladius acutus. Gladius equidem anceps, imò triceps est Psal. 56.
 lingua detractoris. Addit deinde & crudeliorem esse lancea, spinis & cla-
 uis, quibus Christus confixus est, eo quod detractor occidat se, audien-
 tem, & cui detrahitur. Et paulo post. Dicimus, leuis res sermo, tenera, mollis &
 exigua caro lingua hominis: quis sapiens magni pendat? Leuis quidem res sermo, quia
 leuiter volat, sed grauius vulnerat: leuiter transit, sed grauius vrit. Alibi autem Bern. serm. 24.
 virulentiam detractorum occultam ita describit. Et sunt species pestis hu- in Can.
 ius, dum alij quidem nudē atque irreuerenter, ut in hœccam venerit: virus euomunt
 detractionis. Alij autem quodam simulata verecundia fūco conceptam malitiam,
 quam retinere non possunt, adumbrare conantur. Videas præmitti alta suspiria, sic-
 que quadam cum grauitate & tarditate, vultu mœsto, demissis supercilijs, & voce
 plangenti egredi maledictionem, & quidem tanto per suasibiliorem, quanto creditur ab
 his, qui audiunt, corde inuito, & magis condolentis affectu, quam malitiosè proferri.
 Doleo, inquit, vehementer, pro eo quod cum diligo satis, & nunquam potui de hac re
 corrigere eum. Et alius. Mihi quidem, ait, bene compertum fuerat de illo istud, sed per
 me nunquam innotuisset. At quoniam per alterum patefacta res est, veritatem ne-
 gare non possum. dolens dico, reuera ita est. Et addidit grande damnum. Nam alias qui-
 dem in pluribus valet: ceterum in hac parte, ut verum fatear, excusari minimè potest.
 Huc usque ille. In eandem sententiam conspirant illa Chrysostomi. Hoc Chry. hom. 6.
 verò, inquit, magis ridiculum est, quod cum aliquid arcanum dixerint, rogant audi- ad pop.
 entem, & adiurant, ne cuiquam alteri amplius dicat: hinc declarantes, quod rem re-
 prehensione dignam commiserunt. Si enim illum, ut nemini dicat, rogas, multo magis
 te priorem huic dicere non oportebat. Sed iucundum detrahere: imò iucundum non de-
 trahere. Detrahens enim continenter anxius est, suspicatur & timet, linguam suam
 mandat, tremens, ne forte alijs enuntiatum verbum magnum sibi periculum asserat.
 Audiſti sermonem, ait Sapiens, aduersus proximum tuum? commoriatur in te con- Eccl. 19. 10.
 fidens, quoniam non te disrupet. Quid est, commoriatur in se? extingue ipsum, de fo-
 dito, ne exire per mitias, obliuioni tradat.

V. R E M E D. Considera, quam seuerè à Deo puniti sint detractores. Num. 12. 10.
 Nam in libro Numerorū foror Moyſis MARIA, eo quod Moyſi detra-
 xisset, foedissimo lepre morbo percussa est, à quo ne ipſo quidem Moyſe
 supplicante, ut ait BASILIVS, liberata fuit. Vnde B. EPHRAÏM agens de Bas. in reg. breu.
 morbo linguæ. Ex teterrima Maria Prophetissa lepra docemur, quam graue ac de- 27.
 restabile vitium sit obirectatio. Corpus, quod lepra infectum cernebat, velut specu- Eph. 1. tom.
 lum quoddam fuit anima, quæ non perspiciatur, cuius indicabat maculam. Ex illa

Num. 14. 20.

carne corruptione parte factum est, quomodo hominis detractoris corrumpatur animus
 Nam sicut illa defecerat à fratre suo: ita & ab ipsa propriū corpus defecit, vt ex semet-
 ipsa caritate addisceret. Deinde, vt est in eodē libro, quotquot è filiis Israhel
 detraxerant Moyli & Aaroni, precibus quidem Moylis à morte tempo-
 rali erepti sunt, sed terre promissionis aditu exclusi. *Dimisi peccatum populi,*
inquit Dominus ad Moyfen, iuxta verbum tuum. Attamen omnes homines qui
viderunt maiestatem meam, & signa quae feci in Aegypto, & in solitudine, nec obedie-
runt voci meae, non videbunt terram, pro qua iurati Patribus eorum: nec quisquam ex

Eusl. l. 6. c. 8.

illis, qui detraxit mihi, intuebitur eam. Extat etiam diuine in detractores vltio-
 nis exemplū apud EUSEBIUM in Ecclesiastica historia de Narcisso Hie-
 rosolymorū Episcopo sanctissimo, in quem tres improbi homines tur-
 pem quandam criminationis calumniam cum iuramento coniecerant.
 Vnus sic deierauit. Si verū non dixero, igni dispeream. alter sic. Si men-
 tiar, corpus sauo morbo absumatur. Tertius autem. Si verum non di-
 cam, opto vtroque orbari lumine. Narcissus verò ob indignitatem calu-
 mniae, cum esset innoxius, in eremū se ad multos annos recepit. At Deus
 non obdormiit. Primus enim, cum noctu scintilla ignis in aedes eius in-
 cidisset cum tota familia omnino conflagrauit. Alter verò, morbo, quem
 sibi imprecatus erat, ab imis pedum digitis, vsque ad verticē capitis con-
 tabuit. Tertius hoc euentu in focis conspecto palam maleficium suum
 confessus est, cum tanta lacrymarum profusione, vt oculos amiserit. *AN-*

Cass. l. 19. Coll.
cap. 15.

DE aliud exemplum ex IOAN. CASSIANO, de Paphnutio iuene
 sanctissimo, cuius virtuti inuidens quidam è numero fratrum eiusmodi
 dolum commentus est. Isidoro monasterii superiori questus est sibi co-
 dicem ereptum, rogatq; vt in singulorum fratrum cellis quæratur. Tres
 seniores designantur qui quærant. Reperitur tandem in cella Paphnutii
 sub palmarum plectis (ibi enim inuidus ille eum abdidit) palam pro-
 dicitur in Ecclesia, vbi omnes conuenerant. Paphnutius, licet innocens,
 non se punit, sed satisfactioni totū tradit, & ad limina Ecclesiae per duas
 hebdomades supplex se abiicit, noxam deprecatus. Quibus elapsis à se-
 uo dæmone inuidus ille frater arripitur, immaniterq; diuexatur, sed nec
 ab vilo seniorum eici potuit, quia Christus gloriam illam soli referuarat
 Paphnutio, cui calumnia structa erat, & facile eum exturbauit. Demum

Tho. l. 2. apum.
s. 37.

THOMAS Cantipratanus agens de detractiois malo. *Huius*, inquit, rei
 vindictam horribilem valde & mirabilem vidi. Noui ordine, nō re, no-
 mine non actibus sacerdotem, qui in tantū vitio linguae deditus erat, vt
 potius de se pessima mentiretur, quam non socios, vel cohabitantes sibi
 criminibus infamaret. Hic ante mortē raptus in furias tanta in se debac-
 chatus est cæde, vt propriis dentibus linguam vaniloquam laniaret, &
 palam cunctis ostenderet, quod quae a lingua sua dolose egerat, & vene-
 num

num aspidū sub labiis eius, quasi sepulchū patens guttur illius foetorem teterrimum exhalauit, vt per quā peccauerat, per eadem torqueretur.

VI. REMED. Considera in quot laqueos te induas, si consuetudinem obrectandi aliis nō deponas. Docent enim Theologi omnes, qui id temere faciunt, ad restitutionem famæ ex iustitia teneri, secundum illud Salomonis. *Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat.* Et B. Augustini, *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Si enim pecunia ablata restituenda est, cur non potius fama longè pecunia præstantior? Iam autem constat, quam pauci detractores laborent in ea restituenda, & vt laborent, quantè difficultates occurrant in ea restituenda. Docent enim iidē Doctores si quis falso vel confictō crimine nomen alicuius denigrarit, eum debere palam profiteri se esse mentitum, idque appposito iureiurando, si adsint, qui ei fidem alioquin habere nolint.

Proverb. 13. 17.
Aug. ep. 54. ad
Maced.

VII. REMED. Coniice oculos in tuos potius, quam alienos lapsus, memor diuini Moysis. *Attende tibi ipsi. & Christi. Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabē in oculo tuo non vides?* Et B. Augustini. *Nouerim te (ō Deus) nouerim me.* Et adagiorū etiam apud Ethnicos celebratorum. *γνάθι σεαυτὸν* Respic manticā, quod in tergo est. *Tua vineta cæde.* Quo enim præcepto caritatis à Deo iubemur proximos diligere, sicut nos ipsos, eodem iubemur, & bene iudicare, sentire & loqui de ipsis. *Filioli mei,* inquit B. Ioannes, *non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate.* Et Dominus. *Omnia quæcunque vultis, vt vobis faciant homines & vos facite illis.* *Hæc enim sunt lex & Prophetæ* Deinde cum aciem oculorum mentis coniicis in teipsum, tuoque lapsus, coniice etiam in causam, fontē & radicem eorum, & vbi radicem inueneris, appone ad eam securim & rescinde. Morbi sanè detractionis nō vna est radix, nam alii ex fastu quodam aliis facile detrahunt, vt suā ostendent sapientiam: alii ex vanitate & leuitate, vt aliis placeant: alii ex inuidia, qui *aliorum luera,* vt loquitur Hieronymus, *sua damna reputant:* vt fuit ille frater apud Cassianum: alii ex auersione ab aliquo semel in animum admissa: alii aliis de causis.

Matt 7. 3.
Aug 1. 2. Solib
Carul. in Scat
zonte.

Horat. in epist.

1. Ioan. 1. 18.

Match. 7. 12.

ANTIDOTA

Pro iis qui audiunt detractorem.

I. ANTIDOTVM. Considera, te si aures præbeas detractori, non modo delinquere, sed nonnunquam etiam grauius delinquere, quam detrahentem. vñ ex scripturis firmaque ratione probant S. Patres. *Basili.* *Bas. reg. 26.* *Livs* in regulis breuioribus, quæstione posita, qua animaduersione dignus sit detrahens fratri, & detrahentē auscultans? respondet. *Exterminandi à reliquorum societate ambo.* *Detrahentem enim proximo suo,* ait Dauid, *hunc*

Plal. 100. 5.

I 3 per se-

Proverb. 20.
iuxta 70.
Ephr. tom. I.

Hier. ep. 4.

Prou. 24. 21.

In Hier. ep. 14.

Eccli. 28. 28.

Psal. 100. 5.

Call. c. 29.

Bern. lib. 2. de
Confid.

Prou. 4. 24. &
24. 21.

Eccli. 19. 4.
Ibid. 13. c. 59.
II q. 3. c. non so-
lut.

persequer. Et alibi dictum est. Detrahentem nolito libenter audire, ne sustollaris. EPHRÆM agens de linguæ malo. In propriis, inquit, rebus contingit ut iustus sit innocens: at in alienis reus inuenitur. Nam si quis eo præsentem virum aliquò iustum maledictis infectetur, ipse autem ad ea conticescat, nonne silentiù hoc eius ipsi vertetur in crimen? Audiendo enim talem, & non reprehendendo, maledicta eius comprobare videtur tanquam vera. Atque hoc ex magnorum etiam Principum intelligi licet potestate. Si quis enim vel iure in Regem peccantem inuehatur, qui præsentem sunt audire renunt. Si quis autem adesse pergat & audire, iam idem in vtrumque supplicium consuetur. **HIERONYMVS**. ad Rusticum. Neque verò illa iusta excusatio est, referentibus aliis iniuriam facere non possum. Nemo inuito auditori libenter refert. sagitta in lapidem nunquam figitur. interdù reflens percutit dirigentem. Discat detractor, dum te videt non libenter audire, non facile detrahere. Cum detractoribus, ait Salomon, non miscearis, quia repente veniet perditio eorum, & ruinam vtriusq; quis nouit? tam videlicet eius qui detrahit, q̄ illius qui aurem accommodat detrahenti. **PAVLIN.** ad Celantiam. Nec obrectatoribus de consensu auctoritatem tribuas, ne eorù vitium nutrias annuendo. Noli, inquit, scriptura, cõsentaneus esse cum derogantibus, aduersus proximum tuum, & nõ accipies super illum peccatum. Et alibi. Sepi aures tuas spinis, noli audire linguam nequam. Vnde & beatus David non solù aduersatur, sed etiam persequitur detrahentem. Ait enim. Detrahentem secreto proximo suo hunc persequer. Est sanè tale hoc vitium, quod vel in primis extinguì debeat, & ab eis qui se sanctè instituerè volunt prorsus excludi. Nihil enim tam inquietat animum, nihil est quod ita mobilem mentem, & leuem faciat, quam facile totù credere, & obrectatorù verba temerario mētis assensu sequi. Beatus q̄ est, q̄ ita se contra hoc vitium armavit, ut apud eum nemo detrahere audeat. **CASSIANVS** lib. 5. instit. monast. Vt limes senè Machetem nomine à turbis fratrū eminus commorantè hanc à Domino gratiam diuturnis precibus impetrasse, ut si quis detractionis verbù, seu otiosum tentasset inferre, in somnum protinus concidebat, ac sic nec vsq; ad aurium quidam eius pollutionem virus obloquij poterat peruenire. Vnde liquet, quantum ille reformidat delinquere audièdo detractores, **DENIQ; S. BERN.** vulgata est illa sententia. Detrahere, aut detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, nõ facile dixerim. **II. ANTIDOTVM** est. Ut societatem detractorum, si quos tales nõsti, sedulo refugas, vel ab ea, si quãdo in eam forte fortuna incideres, illico te separes. Sic. n. monet Spiritus sanctus in scripturis. Remoue à te, inquit, os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. Et iterum. Cum detractoribus ne miscearis. Quod si commodè te subducere nequis, saltem ne facile eorum dictis fidem accommoda. Qui cito credit, ait Ecclesiasticus, leuis corde est, & minorabitur. Hinc **B. ISIDORVS**, de summo bono. Non solum, inquit, ille reus est, qui falsum de alio profert, sed & is qui cito aurè criminibus præbet. Et **B. Paulinus** loco ante citato. Quod si hæc in nobis esset diligen tia, ne passim obrectatoribus crederemus, iam omnes detrahere timerent, ne non tam alios, quã seipso viles detra-

dehabeto faceret. Sed hoc ideo malum celebre est, idcirco in multis feruet hoc vitium, quia penè ab omnibus libenter auditur.

III. ANTIDOTUM est. Ut modeste detractorem corrigas, vel commonefacias, ut ad alium sermonem transeat: & si adolescens sis, liberali vultu, & oculis in terram deiectis. IOAN. Chrystost. palam populo Antiocheno hoc antidotum dedit. *Dic, inquit, proximo detrabenti. Habes, quem laudes? aures aperto, ut unguenta suscipiam: Si verò malum velis dicere, obturo aures: non enim stercus & cænum accipere sustineo.* Exemplum huius habemus triplex. Primum B. IOB. dicentis. *Conterebam molas iniqui, id est, detractoris, & de dentibus illius aufereram prædam.* id est, ab infamia vindicabam innoxios. Alterum regii Prophetæ dicentis. *Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar.* Tertium Christi Domini Magdalenam contra obrectationem Iudæ & discipulorum defendentis his verbis. *Quid molesti estis huic mulieri? Bonum opus operata est in me.*

Chrystost. 2.

Iob. 29. 27.
Psal. 100. 5.

Matth. 26. 10.

Ex Stim. virtus.
lib. 5. c. 23.

IV. ANTIDOTUM. Quod si corrigere non audes, excusa saltem abfentes, de quibus detrahitur, adferendis tuæ defensionis causis & exemplis: itaque fieri posse ut fallatur, qui contraria narravit: quemadmodum id sibi & aliis multis in rebus similibus non raro usu venerit. De religiosis quidam vir nobilis malè loquebatur, atq; ecce commodum inter sermonem aspicit procul transeuntes duos. Isti, inquit, ipsi planè sunt tales, quales depinxi. Cum propius iidem accedentes caput aperuissent, agnouit alterum eorum esse eum ipsum, quo ipse olim nullum familiariorè & cariorè habuerat: atq; adeo tunc ita carum habebat, ut seipsum: sed ignorauerat seilicet eum vitæ genus mutasse. Re igitur nec opinata sic repente percussus est, ut omnibus, qui aderant, non sibi satis præsens esse videretur.

V. ANTIDOTUM est. Si tanta auctoritate sint qui detrahunt, nempe parentes, præceptores, viri nobiles, magistratus, Principes, ut obstrepere non audeas, vultum saltem ad tristitiam compone, memor dicti Salomonis dicentis. *Ventus aquilo dissipat pluvias, & vultus tristis linguam detrabentem.* Sicut enim sagitta, inquit B. Hieronymus. *Si mittatur contra duram materiam nonnunquam in mittentem reuertitur, & vulnerat vulnerantem, ita detractor, cum tristem faciem viderit audientis, imò non audientis, sed obturantis aures suas, ne audiat iudicium sanguinis, illico conticescit, pallor vultus, hærent labia, salina siccat.*

Prou. 25. 23.
Hier. epist. 4.

MONITA

Pro eo, cui detrahitur.

I MONITUM. Si quis nomen tuum obrectatione publica, priuata, sic obscurarit, primum per fugium habe ad iudicium Dei & conscientia, & dic cum B. IOB. *Ecce in celo testis meus, & conscius meus in excelsis.*

Iob. 16. 20.

Greg. 1.3. mor.
c. 43.
Lege Greg. in
ep. 45. ad Pallad.
lib. 8.

2. Cor. 1.12.
Bern. hom. 14.

Pfal. 61. 12.

1. Pet. 2. 17.

Eccle. 28. 27.

Bern. serm. 10.
tit. 1.

Math. 15. 14.

1. Cor. 4. 5.

In quæ verba B. GREGORIUS sic scribit. *Omnis qui ex eo quod agit humanas laudes appetit, testem in terra quaerit. Qui autem de actibus suis omnipotenti Deo placere festinat, testem se in caelo habere cõsiderat. Et saepe contingit, ut ipsa quoque in nobis bona opera ab incautis hominibus reprehendantur. Sed qui testem in caelo habet reprehensiones hominum metuere nõ debet.* Deinde cum B. Paulo. *Gloria nostra hæc est, testimoniũ conscientia nostra.* Vnde S. BERNARDVS scribens in Cantica. *Profecto, inquit, bona consolatio est, cum benefacientes blasphemamur à malis, si recti diligunt nos. Omnino sufficit aduersus os loquentium iniqua opinio bonorũ cum testimonio conscientia.*

II. MONITVM est. Ut constanter perseueres in pia & inculpata vita. *Laudabuntur enim omnes, inquit Psalter regius, qui iurant in eo (nempe se præceptis diuinis obtemperaturos) quia obstructum est os loquentium iniqua.* & S. PETRVS in priore epistola. *Carissimi, inquit, obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam, ut in eo quod detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in die visitationis.* Et paulo post. *Quia sic est voluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.*

III. MONITVM est, ut contempnas omnes obtrectationes, & calumnias aliorum, nec velis etiã ad te perferri. Eo enim videntur pertinere illa verba Sapientis. *Septi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis.* Alludere enim videtur ad morẽ agriculturalium, qui agros vel vineas contra ferarũ incurfus muniunt sepimento ex aculeatis spinis contexto. Græca enim sic legunt: *Ecce munitas possessionem tuam spinis, & ori tuo fac valuas & obices.* QVOD monitum quam sit salutare, S. BERNARDIN. illustri sui æui exẽplo declarauit. Fuit, inquit, iunior quidam concionator, qui in magno hominum cœtu famam senioris cuiusdam Ecclesiastæ arroferat, sed fidem non meruerat apud plebem. Senior ille, vbi rem per certos homines cognouit, pro concione omnes auditores obtestatus est, ne quis in posterũ viua voce, aut scripto, se, sodales suos de iis quæ iunior ille in nomen suum effatisset, certiores redderet. Qua obtestatione effecit, ut populus senioris virtutem suspiceret, iuniorisq; leuitatem ita deinceps insectaretur, ut coactus fuerit, (quod illi primarij viri pro recuperanda fama suaferant) in publica processione genibus flexis à seniore noxam deprecari.

IV. MONITVM. Ut munias te, sicut contra multa alia, clypeo Christianæ patientiæ. Vnde cum apud Matth. xij. Apostoli dicerent Christo, Phariseos in sermone illius scandalizatos, respondit. *Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.* Et Apostolus in priore epistola ad Corinthios. *Mibi an- gẽ pro minimo est, ut à vobis iudicer, aut ab humano dõe, sed neq; me ipsum iudico.* Hinc

B. GRE-

B. GREGOR. alicubi sic scribit. *Cum lingua derogantiū corrigi nequeūt, aequanimiter sunt per omnia toleranda, nec obtreccionis sermo timendus est, ne dū vi upe-* Greg in Eze- chiel. hom. 9.
ratio peruersorum metuitur, via recti operis deseratur. Possunt in hanc rem seruire, cum aliorum sanctorum exempla quamplurima, tum in primis Christi Saluatoris, quem Pharisæi appellarunt peccatorem, voratorem, potatorem vini, Samaritanum, blasphemum, seductorem, dæmoniacū, &c. & tamen ne verbo quidem ad illas calumnias respondit. Imò dum Matth. 26. Luc. 23. Ioan. 19.
 coram Principe Sacerdotum, Herode, Pilato varia ei crimina falso obiectarentur, in silentio solo præsidium posuit. Nec aliud voluit facere suos discipulos: quibus dixit. *Non est discipulus super magistrum. Si patrem familias* Matth. 10. 24.
Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Et iterum. *Nō est seruus maior Domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Patientia vobis necessaria est,* Ioan. 15. 20.
 (scribit Paulus fidelibus, qui opprobriis & tribulationibus erant spectaculum facti) *ut voluntatem Dei facientes reportetis promissionem.* Deinde Heb. 10. 36. Heb. 11. 36.
 catalogum longum texit iustorum, qui impropria, ludibria, verbera, necemque ipsam experti adepti sunt repromissiones.

V. MONITVM. Quando vero detractores in nominis tui existimatione lædenda ita excederent, ut ex taciturnitate tua immineret periculum vitæ vel famæ, aut caritas proximi, obediētiæ superioris ita postularēt, tum à modesta defensione non erit abstinendum. Sicut nec Christus, nec Paulus, aliq̄ Apostoli abstinuerunt. Nam B. P E T R V S, postquam dixerat. *Si beneficientes patienter sustineatis, hac est gratia apud Deū.* 1. Pet. 2. 20. & 4. 15. *In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis: tandem subiungit. Nemo autem vestrum patiat, ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorū appetitor: si autem ut Christianus, non erubescat.* Et S. GREGOR. in epistola ad Theodostiam patriciam, docens quando obtreccatores tolerandi sint, & quando non. Greg. 1. 9. ep. 39. & 1. 8. ep. 45 ad Pallad. *Sunt, inquit, quadam scandala, quæ omnino despicienda sunt: quadam vero, cum vitari sine culpa possunt, despicienda nō sunt, ne cum culpa seruentur. Quod sacro Euang. 10. testate cognouimus, quia cum veritas diceret. Nō quod intrat in os, co-* Matth. 15. 11.
inquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem, & discipuli responderent, dicentes: scis, quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt? protinus respondit. Omnis plantatio, quā non plantauit Pater meus cælestis, eradicabitur. Sinite illos, cæci sunt, & duces cacorum. Et tamē cum tributum peteretur, prius rationē reddidit, per quam tributum soluere non deberet, atque illico subiunxit. Ut autē non scandalizemus eos: Vade ad mare, & mitte hamum, & cum pisecm, qui primus ascende- Matth. 17. 26.
rit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens da eis pro me & te. Quid est quod aliis scandalū esse permittit, aliis verò venire prohibuit, nisi ut nos doceret, & illa scandala, quæ nos ad peccata implicāt, contemnerē: & ea quæ placare sine peccato possimus, modis omnibus mitigare. Et B. A V G V S T. in libro de bono viduitatis. Aug. cap. 22.
Nec audiendū sunt, siue viri sancti, siue famina, quando reprehensa in aliquo negli-

gentia sua. per quam fit vt in malam veniant suspensionem, vnde suam vitā longē abesse sciunt, dicunt sibi coram Deo sufficere conscientiam, estimationem hominum non imprudenter solum, verum etiā crudeliter cōtemnentes, cum occidunt animas aliorum, siue blasphemantium viam Dei, quibus secundum suam suspensionem quasi turpis, quæ casta est, displicet vita sanctorum: siue etiam cum excusatione imitantiam, non quod vident, sed quod putant. Proinde quisquis à criminibus flagitiorum, atq; facinorū vitam suam custodit, sibi benefacit: quisquis autem etiam famam, & in alios misericors est. Nobis enim necessaria est vita nostra, aliis fama nostra. Et vitā, quod aliis misericorditer ministramus ad salutem, ad nostrā quoq; redundat vtilitatem. Vnde non frustra Apostolus. Prouidemus, inquit, bona non solum coram Deo, verum etiam corā hominibus. Item dicit. Placete omnib; per omnia, sicut & ego omnib; per omnia placeo, non quærens, quod mihi vtile est, sed q; multis, vt salui fiant. In quadā etiam exhortatione dicit. De cetero fratres, quæcunq; sunt vera, quæcunq; sancta, quæcunq; iusta, quæcunq; casta, quæcunq; carissima, quæcunq; bona fama, si qua virtus, si qua laus, hæc cogitate.

VIDE V. Ambitio. Amor sui. Colloquia otiosa. Consuetudo praua. Curiositas. Familiaritas nimia. Gloria vana. Immortificatio passionum. Impatientia in aduersis. Inuidia. Ira. Iudicium temerarium. Lingua abusus. Maledictio. Mendacium. Murmuratio. Societas praua. Superbia. Vindicatio iniuriæ.

DISCORDIA

Remedia contra Discordiam, & Contentiones.

I. REMED. Confidera, quid scriptura sancta, de discordia, contentionibus & rixis dicat. Contentioni enim, inquit Aug. epist. 64. non resistitur, nisi crebris diutiorū librorum testimoniis incutiatur timor, & caritas Dei. Autores quidem earum primū asserit Deo exosos, Sex sunt, inquit in Prouerbiis, quæ odit Deus, & septimū detestatur anima eius, nempe, qui seminat inter fratres discordias. Non enim est dissensionis Deus, inquit Paulus, sed pacis. 2. excludit regno cœlorū. nam in epist. ad Galatas inter opera carnis salute excludentia numerat, dissensiones, contentiones, & rixas. 3. appellat carnales, secundum illud. Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis? Tum peruersos. Homo peruersus suscitatur lites. Et superbos. Inter superbos semper iurgia sunt. Itē stultos. Labia stulti miscent se rixis. 4. docet, qui dissensionū sint fructus, nempe adaugere crimina. Abstine te à lite, ait Sapiens, & minues peccata. Deinde subuertere audientes. Nolē contendere verbis, monet Apostolus, ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Adhæc quietē turbare. Vir Sapiens, ait Salomon, si cum stulto contenderit, non inueniet requiem. Deniq; evertere regna & fortunas. Omne regnum diuisum contra se desolabitur, & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se non stabit, dixit Saluator.

II. R. E.

2. Cor. 8. 21

1. Cor. 10. 33
Phil. 4. 8.

Prou. 6. 16.

1. Cor. 14.
Gal. 5.1. Cor. 3.
Pr. u. 16. 28.
Prou. 13. 10.
Prou. 18. 6.Eccl. 8. 16.
2. Tim. 2. 14.

Prou. 29. 9.

Matth. 22. 27.

II. REMED. Considera dicta S. Patrum. B. CYPRI, de oratione Do-
 minica. Sacrificium Deo maius est pax nostra & fraterna concordia, &c. ceterum di-
 scordans & dissidens, & pacē cum fratribus non habens, secundum quod beatus Apo-
 stolus, & scriptura sancta testatur, nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimē dis-
 sensionis poterit euadere, quia sicut scriptum est. Qui fratrem suum odit, homicida est. r. Ioan. 3. 15.
 &c. Quale delictū est, quod nec martyrio sanguinis potest abluī. Quale crimē est, quod
 martyrio non potest expiari? Et lib. de simplicit. Prælatorū. Inexpiables & gra-
 uis culpa discordia nec passione purgatur, &c. Qui pacem Christi & concordiam rumpit,
 aduersus Christum facit. Et. Hinc hereses & facta sunt frequenter, & fiunt, dum per-
 uersa mens non habet pacem, dum perfidia discordans non tenet unitatem. S. BASIL. Basilorati de
pax.
 Nihil a quē germanos Deū cultores inter se conciliat, atq; consentientes de Deo senten-
 tia: sicut contra, nulla re amicitia facilius dissuuntur, quam diuersa animorum sen-
 tentia. GREG. NAZIANZ. in orat. de moderatione in disputationi- Greg. orat. 2. c.
 bus. Quid in nostra doctrina præstantissimum est? pax, addam etiam uelissimum.
 Contra, quid turpissimum & perniciosissimum? voluntatum disunctio. HIERO- Hier. in c. 5. ad
Galat.
 NYMVS libro 3. commentar. in ep. ad Galat. Septimum locum inter carnis
 opera apud Apostolum Paulum, contentio possidet, quodam quasi sacro, & e-
 minenti inter uicia numero collocata. Seruum enim Domini non oportet rixari, sed
 esse mansuetum ad omnes, doctorem longanimum, cum mansuetudine audientem etiam
 eos, qui e contra disputant. S. BERNARD. in dedicat. Ecclesiæ. Proditores fiunt, Bern. serm. 3.
 quicumque in hoc Domini castrum inimicos eius introducere moluntur, quales sunt
 utique detractores Deo odibiles, qui discordias seminant, nutriunt scandala inter fra-
 tres. Sicut enim in pace factus est locus Domini, sic in discordia locum fieri diabolo ma-
 nifestum est.

III. REMED. Resiste contentionum principiis, secundum illud.
 Principiis obsta, sero medicina paratur. hoc est, primos animi motus in collo- Ouid. de reu.
amoris.
 quis cum aliis comprime, ne in indignationē erumpant, & contentio-
 ni causa detur. Hoc antidotū est B. AMBROSII libro primo officiorum.
 Cauetur, inquit, iracundia, aut si præcaueri non potest cobibetur. Mala enim illex Amb. c. 21. & 22.
 peccati indignatio est, quia ita animum perturbat, ut rationi non relinquat locum, &c.
 Quoniam autem ita plerumque motus infixus est natura ac moribus, ut euelli atque
 euinci non queat: si præuidens potuerit, ratione reprimatur, &c. Ac si præuenit, &
 præoccupauerit mentem tuam iracundia, non relinquant locum tuum. Locus tuus pa-
 tientia est, locus tuus sapientia est, locus tuus ratio est, locus tuus sedatio indignatio-
 nis est. Aut si te contumacia respondens mouerit ad indignationem, si non potueris
 mitigare mentem, reprime linguam tuam. Sic enim scriptum est. Cobibe linguam
 tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Deinde inquire pacem, & sequer Psal. 33. 14.
Greg. 1. 5. mor.
c. 12.
 eam. Eodem spectant illa B. GREGORII uerba in cap. 4. Iob. Boni
 uiri freno consilij retinent præcipitationem uerbi, & caute considerant, ne relaxantes
 lingua lasciuiam aut uiciorum conscientiam incanta locutione transfigant. Unde bene

Prou. 17. 14.

per Salomonem dicitur. *Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum. Aqua quippe dimittitur, cum lingua fluxus effrenatur. Sed dimissor aquæ capiti iurgiorum efficitur, quia per linguam incontinentiam discordia origo propinatur.*

Eecli. 18. 9.
Prou. 10. 3.

Math. 5. 40.

Gen. 13. 28. 33.

4. Reg. 2. 17.

Act. 15. 30.

Amb. lib. 1. offic.
c. 21.
Rom. 12. 19.
Gen. 27.

Iob. 6. 19.

1. Cor. 11. 16.

Gr. g. hom. 38.
in Euangl.

IV. REMED. Si autem reformides te linguam non cohibiturum ob petulantiam vel vehementiam sodalium, optimum consilium est, se ab eorum societate disungere. Dicit enim Sapiens. *Abstine te à lite, & peccata minues.* Nec illud dedecori tibi esse poterit. Quia ut Salomó loquitur. *Honor est homini, qui separat se à contentione.* Eodem spectat consiliú Christi dicentis. *Qui tecum vult iudicio contendere, & tunicã tollere, dimitte ei & pallium.* Hoc antidoto vsi sunt olim Abraham & Lot, Iacob & Esáu fratres, qui ne rixis occasio daretur, se à sese mutuo disunxerunt. Et post raptú Elię Propheta Elisæus: nam cum quidã Prophetarum filii importunè vrgerent, vt mitterentur quinquaginta viri quæsitum Eliam in vicinis montibus & vallibus, ne contentioni causam daret, permisit vt mitterentur. Vnde iis reuersis dixit. *Nunquid non dixi vobis, ne mitteretis?* Eodé consilio in Actis Apostolorum Paulus & Barnabas, licet oraculo Spiritus sancti initio coniuncti fuissent, tandé diuulsi videntur. Sic. n. scribit B. CHRYSOST. *Mihi videtur disertè separatio Pauli à Barnaba facta, quod inter se dixerint. Quoniam ego nõ volo, nec tu vis, ne pugnemus, distribuamus prouincias, & ita sibi inuicem multum cedentes hoc fecerunt.* Hoc remedium superiori non omisit adiungere loco citato AMBROSIVS. *Resiste, inquit, ira, si potes: cede, si non potes, quia scriptum est. Date locum ira. Iacob fratri indignanti piè cessit, & Rebecca, id est, patientia instructus consilio abesse maluit peregrinari, quàm excitare fratris indignationem, & tunc redire, cum fratrem mitigatum putaret. Et ideo tantam apud Deum inuenit gratiam. Quibus deinde obsequiis, quantis muneribus fratrem ipsum reconciliauit sibi, vt ille præcepta benedictionis non meminisset, meminisset de late factis factionis?*

V. REMED. Quod si occasio mutandi loci non sit, cõnere saltem verbis rescindere contentionem, exemplo B. Iob, qui aduersariis suis dixit. *Respondere obsecro absque contentione, & loquentes quod iustum est iudicate.* Et Apostoli scribentis ad Corinthios. *Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei.* & S. GREG. qui cum sententiam suam de quodam Euangelii argumento pro concione exposuisset, subiecit. *Si quis contrarium sentiat, malle se alienæ sententiæ salua fidei veritate subscribere, quam cum aliquo contendere.* Quæ modestia merito tibi imitanda est etiam in publicis scholarum disputationibus (vbi qui volet ingenio cedere rarus inuenitur) quando periculum est secuturæ contentionis. Sin verò tua, alienaue culpa colloquium vel disceptatio limites modestiæ excesserit, & vtrinque offensio aliqua secuta fuerit, proximum antidotũ sit; reconciliationis studium nõ prætermittere, dicendo porrecta

recta vel non porrecta manu, Ignosce ardori, vel aliud. Ac S. Ambrosius ^{Amb. 1. off. c. 21.} quidem monet, vt cito id fiat, more puerorum, qui cum æqualibus contēdentes facile pacificantur. Illa comotiones, inquit, in pueris innoxia sunt; quæ plus habent gratia, quàm amaritudinis. Et sic ito pueri inter se mouentur, facile sedantur, & maiori suauitate in se recurrunt. Nesciunt se subdole, artificiosoq; tracta- ^{Matth. 18. 13.} re. Nolite hos contemnere pueros, de quibus Dominus ait. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Hæc pertinent quæ B.

AVGVST. in regula monachis & monialibus præscripsit. Lites, inquit, aut ^{Aug. tom. i. reg. 37. & 38. & epist. 109.} nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatas, ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitis. Qui odit fratrem suum, homicida est. Et addit Quicumque conuictio, vel maledictio, vel etiam criminis obiectu ^{1. Ioan. 3. 15.} liquem læsit, meminerit satis factiōne quanto cyus curare quod fecit, & ille qui læsus est sine disceptatione dimittere. Si autem inuicem se læserint, inuicem sibi debita relaxare debent propter orationes vestras, quas utiq; quāto crebriores habetis, tāto saniores habere debetis. Et in epist. ad Felicitatē & Rusticum. Hæc, inquit, agite, vt ^{Aug. ep. 87.} inter vos aut non existant indignationes, aut exorta statim celerrima pace perimantur. Maiorem date operam concordandis vobis, quam redarguendis: quia sicut acetum corrumpit vas, si diutius ibi fuerit, sic ira corrumpit cor, si in alium diem durauerit.

VI. REMED. Si ex antegressa contentione, vel aliunde nata fuerit ^{Greg. 3. part. adm. 23.} diuturnior discordia, tum opus erit admonitione Gregoriana in Pasto- rali. Discordes, ait, admonendi sunt, vt certissimè sciant, quia quanti sibi virtutibus polleant, spirituales fieri nullatenus possunt, si vniri per concordiam proximis negligunt. Scriptū quippe est Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax. Qui ergo seruare ^{Gal. 5. 22.} pacem non curat, ferre fructū Spiritus recusat. Hinc Paulus ait. Cum sit inter vos ^{1. Cor. 3. 3.} contentio, nonne carnales estis? Hinc iterum quoque dicit. Pacem sequimini cū omnibus, & sanctimoniam: sine qua nemo videbit Deum. Hinc rursus admonens ait. ^{Heb. 12. 14.} Solliciti seruare vnitatē Spiritus in vinculo pacis. Et infra. Admonendi sunt dissiden- ^{Eph. 4. 3.} tes, vt nouerint, quod tamdiu nullum boni operis Deo sacrificium immolant, quamdiu à proximorū caritate discordant. Scriptum namq; est. Si offers munus tuum ad altare, ^{Matth. 5. 23.} & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc venies offeres munus tuum. Ex qua præceptione pensandum est, quorum hostia repellitur, quā intolerabilis culpa monstratur. Nam cum mala cunctis bonis sequentibus diluatur, pensamus, quanta sint mala discordia, quæ nisi extincta funditus fuerint, bonū sub se qui non permittunt. Et multo post. Admonendi sunt, qui iurgia seminant, vt cuius sint sequa- ^{Admon. 24.} ces agnoscant. De apostata quippe Angelo scriptū est, cum bona messi inserta fuissent zizania. Inimicus homo hoc fecit. De cuius etiā membro per Salomonē dicitur. Homo ^{Matth. 13. 28.} apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, ^{Prou. 6. 11.} prano corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. Ecce, quæ seminantem iurgia dicere voluit, prius apostatam nominauit: quia nisi more superbientis An-

Matth. 5. 9.

geli à conspectu conditoris prius intus auersione mentis caderet, foras postmodum vsq; ad seminanda iurgia non veniret, &c. Audiant iurgiorum seminatores, quod scriptum est. Beati pacifici, quoniã filij Dei vocabuntur. Atq; è diuerso colligant, quia si filij Dei vocantur, qui pacem faciunt, procul dubio sunt Satanae filij, qui confundunt. Omnes autem, qui per discordiam separantur à viriditate dilectionis arescunt. Qui etsi boni operis fructus in suis actionibus proferunt: profecto nulli sunt, quia non ex vnitate caritatis oriuntur. Hinc ergo perpendant seminantes iurgia, quàm multipliciter peccat: qui dum vnã nequitiam perpetrant, ab humanis cordibus cunctas simul virtutes eradicant. In vno enim malo innumera peragunt, quia seminando discordiam, caritatem, quae nimirum omnium virtutum mater est, extinguunt. Quia autem nihil pretiosius est Deo virtute dilectionis, nihil est delectabilius diabolo extinctione caritatis.

VII. REMED. Considera exempla eorum qui ob discordiã diuinitus sunt castigati. Primũ sit B. GREGO. Nysseni in vita S. Gregorii Thaumaturgi. Duo, iniqui, fratres ex paterna hereditate lacum vnum vindicabant,

Euseb. lib. 7. c. 25.

sed neuter alterum in societatem possessionis admittebat. Permittitur D. Gregorio, libertatem dirimendi potestas. Is reconciliationem suadet, ac vt pacis lucrum facerent plures, quam id quod ex prouentibus caperent, hortatur. Verũ adhortatio inefficax fuit exercitus vtrinq; ex subditis paratur. Pridie eius diei quo bello certandum erat, cum homo Dei ad ripas stagni permansisset, noctemq; peruigilasset, miraculum Mosaicum edidit in aqua, percussione virge omnem eum lacum in incultam & vastam terrã humoris expertẽ redigens, adeo vt ne in cõcauis quidẽ locis aliquis aquae reliquias haberet. Sic

Dam. lib. 4. cap. 17.

duorum adolescentum controuersiam dirimit, & pax furorem excepit. ALTERVM est PETRI Damiani Cardinalis. Auctore discordiã Spiritu peruerso, cũ presbyter presbyterũ probrosus contumeliis & maleuolentis aliquando lacerasset, alter denibus seridens correpta lancea iter arripuit, atq; ad domum suam longius constitutã furibundis, pperare gressibus cepit. Sed cũ caligo noctis superuenisset, ecce quinq; nigri equites cum caballis & quẽ nigris obuia: ei q; is, qui maior videbatur, insultat. Sæpẽ inquit, insulti, vt in clientelam meorum contubernantium venires, nunc autẽ non poteris iugum meæ dittonis euadere. Presbyter nimio terrore percussus (putans esse nobilẽ virum, nomine Romanum, qui illum sollicitauerat, vt sibi subditus fieret) illi manus subditorũ more deosculatus, se herili eius fidei comisit. Quem protinus ille percontatus est. Scis, quis sim? Respondit presbyter, nõne tu es Dominus meus Romanus? At ille, absit, absit. Ego sum quidam diabolus, cui tu nunc commissus es: vide vt stes promissis. Quo diditõ dissaruit. Hic autem per terre factus domum rediit, Episcopũ Teuzonem adit, & me presente penitentia flagitauit. Dignitas officij sacerdotalis illi adempta est, carceri cum spe veniẽ adipiscenda, donec penitentiam adimplesset, inclusus. TERTIVM est

Thom. lib. 2. apud. c. 18.

Thomæ Cantiprat. Venerabilis Iacobus de Vitriaco crucem Hierosolymitanam ob salutem multorum in Brabantia predicauit. Contigit autem, vt pacificaturus quadã die mortales inimicitias, iniuriam passum, primò suppliciter, deinde prostratus pedibus eius, semel, iterum & tertio, cum multitudine populi presente rogaret, nec proficeret in

prebellem.

rebellem. Conuersus autem ad populum, dixit palam omnibus. Contestor vos, quia quos spernit nos, spernit & eum qui mittit nos. Rogate ergo Dominum, vt tale signum ostendat in obstinatum hominem, quo cunctis presentibus pateat, cum hostiliter contra se in retentione odij contra proximum hoc egisse. Nec mora. Vbi vir sanctus orationem expleuit, miser ille euerfis oculis tertio in terram corruit, oreque cruorem spumans & saniem maximam horrore spectaculum omnibus praeiuit. Tunc siente populo reuerendus vir fusa prece prostratus erexit. Qui mox integerrime sospitatus, vbi ante se inimicum vidit quasi aliquod amicum rogaturus cum lacrymis veniam petiuit, uisusque in oscula eius ad lacrymas & laudem Christi omnium corda commouit.

VIDE V. Amor sui. Detrahitio. Gloria vana. Im mortificatio passionum.

Inuidia. Ira. Lingua abusus. Superbia. Vindicatio.

DISTR A CT IO IN ORATIONE.

Remedia contra Distractionem.

I REMED. Considera, quemadmodum in verbo Dei ab ea abster-
 reare. Primo enim monet, vt non labiis tantum, sed ex corde & Spi-
 ritu Deum oremus. *Effundite*, inquit rex Dauid, *cora illo corda vestra: Deus ad-*
iuor noster in aeternum. Et, *Clamauit in toto corde meo, exaudi me Domine.* Et. *Depre-*
catus sum faciem tuam in toto corde meo. Orabo Spiritu, ait Apostolus, *orabo & mo-*
re. Sic orabat Samuelis Prophetae mater Anna, de qua in primo libro Re-
 gum ita scribitur. *Anna loquebatur in corde suo ad Dominum, tantumque labia il-*
lius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Vnde Dominus populum I-
 sraheliticum secus in oratione facientem apud Isaiaam Prophetam acri-
 ter reprehendit dicens. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a*
me, quae verba velut Prophetica Christus Dominus in Scribas & Phari-
saeos apud Matthaeum detorsit. Deinde eodem verbo Dei monemur, vt
 non negligenter, sed diligenter & vigilanter vacemus orationi. *Maledi-*
ctus, inquit Ieremias Propheta, *qui facit opus Dei negligenter.* & B. Paulus
 orationi *instate, vigilantes in ea in gratiarum actione.* Et rursus. *Per omnem ora-*
tionem & obsecrationem orantes omni tempore in Spiritu, & in ipso vigilantes in o-
mnium instantia & obsecratione.

II. REMED. Considera S. Patrum monita. B. CYPRIANVS agens de
 oratione Dominica disertè ita scribit. *Quando stamus ad orationem, fratres di-*
lignissimi, vigilare & incubere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis secularis
& carnalis abscedat, nec quicquam tunc animus, quam id solum cogitet, quod precatur.
Illico & Sacerdos ante orationem praefatione pmissa parat fratrum mentes dicendo sursum
corday.

Psal. 61. 9.
 Psal. 118. 143.
 & 58.
 1. Cor. 14. 15.
 1. Reg. 1. 13.

Isa. 29. 13.

Matth. 23. 7.
 Marc. 7. 6.

Ierem. 48. 10.
 Coloss. 4. 2.
 Ephes. 6. 18.

Cypr. 1. de orat.
 Domin.

- corda, ve dum respōdet plebs, habemus ad Dominum, admoneatur, nihil aliud se, quam Dominum cogitare debere. Clauditur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostē Dei tempore orationis adire patiatur. S. EPHRÆM in doctrina de Panoplia spirituali. Pro arcu ad orationem manus tuas extende, sicut scriptum est. Et posuisti ve arcum arēū brachia mea. Verè enim arcus arēus est contra inimicos expansa in oratione manus in scientia orantis: sicut etiam sagitta directè emissa ab eo, qui arcum vibrat. Nam si inter orandum animū vagari permittas, eris velut qui tenet quidem arcum, verum sagittam contra aduersarium dirigere nequit, illam in vanum nulla certa intentione emittens. Atque interdum hosti quidem terrorem incutit huiusmodi vulneris metus, dum te arcum vibrare considerat, ceterum sagitta non aduersus eum, sed in infinitum emittitur. S. AUGUSTINVS, exponens verba Psalmi. Quoniam te Domine suavis & mitis. Nihil, inquit, stultius, quam si scriptum quisq; palpat & seducat. Attendat ergo & videat, quāta aguntur in corde humano, que admodum ipse plerumque orationes impediuntur vanis cogitationibus, ita vt vix stet cor ad Deum suum, & vult se tenere vt stet: & quodāmodo fugit à se, nec inuenit cancellos, quibus se includat, aut obices quosdam, quibus retineat auolaciones suas, & vagos quosdam motus, sed stet iucundari à Deo suo. Vix est, vt occurrat talis oratio inter multas orationes. Diceret vnusquisq; sibi cōtingere, & alteri nō contingere, nisi inueniremus in scripturis Dei, Dauid orantē quodam in loco, & dicentem. Quoniā inueni Domine cor meum, vt orarem ad te. Inuenire se dixit cor suum, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi quasi fugi inuim, & non posset comprehendere, & clamare ad Dominum. Quoniā cor meum dereliquit me. Itaq; fratres mei, quod hic ait. Suavis es tu & mitis, &c. videor mihi videre ad hoc dixisse mitem Deum, quia patitur ista nostra, & expectat tamen à nobis orationem, vt perficiat nos: & quando illi eam dederimus, accipit gratē & exaudit, nec meminit tantas, quas incondite fundimus, & accipit vnā, quam vix inuenimus. IOAN. CASSIANVS in Collation. Quis tantum Spiritus potuit vnquam retinere feruorem, vt non interdū lubricis cogitationibus in ipsa quoque orationis intentione translatus repente de cœlestibus ad terrena corruerit? Quis nostrum, vt cetera peruagationum tempora pratermittam, non illo etiā momento, quo Deo supplicans ad sublimia erigit mentem, quo veniam delictorum, &c. Quia licet omnia nōnullis, qui sunt crastinibus viciis inuoluit lenia, atq; à peccato pœnē aliena videantur, scitibus tamen perfectionis bonis nō etiā minimarū rerum multitudine grauiſſima est. S. GREGO. in verba Iob. Vt desiderium meum omnipotens audiat. Notandum, inquit, est, quod nequaquam dicitur, preces, sed desiderium meū omnipotens audiat. Vera quippe postulatio, non in oris est vocibus, sed in cogitationibus cordis. Valentiores namq; voces apud secretissimas aures Dei non faciunt verba nostra, sed desideria. Eternam enim vitam si ore petimus, nec tamen corde desideramus, clamantes tacemus. Si verò desideramus ex corde, etiā cum ore conticescimus, tacentes clamamus. Hinc est, quod in eremo populus vocibus perstrepat, & Moyses à strepitu verborum tacet, & tamen silens ante diuinæ pietatis auditur, cum dicitur. Quid clamas ad me?

III. REMEDIUM est Præparatio ad orationem, quod tradit Eccle. ^{Eccl. 18. 23.} *stulticus dicens: Ante orationem præpara animam tuam, & non sis quasi homo qui tentat Deum.* Præparabis autem animam tuam, si cogites, cum quo tibi sit sermo habendus, & idcirco omnes alias curas & cogitationes excludas. Deinde, si omnem prauam peccandi voluntatē deponas, & si peccasti, de lapsu doleas. Nam si hoc non præstiteris, eris *quasi homo qui tentat Deū.* hoc est, qui Deum potius ad iracundiam prouocare, quam conciliare sibi velit. Simile est quod monet Sapiens in Ecclesiaste. *Ne temere quid lo-* ^{Eccl. 5. 1.} *quaris, ne que cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo, Deus enim in cælo, & tu super terram, idcirco sint pauci sermones tui.* Huc pertinet quod B. ^{Iob. 11. 14.} ^{Greg. 10. mort.} ^{c. 16.} GREGO. scripsit in verba illa Iob. Si iniquitatem, quæ est in manu tua abstuleris à te, & c. tunc leuare poteris faciem tuā absq; macula. *Faciem, inquit, leuare, est in Deo animū per studium orationis attollere. Sed eleuatam faciem macula inquinat, si intendentem mentem reatus sui conscientia accusat. Diffidit namq; accipere se posse quod appetit, quæ profecto remittitur nolle se adhuc facere, quod diuinitus audiuit. Hinc per Ioannem dicitur. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deū, & quicquid petierimus, ab eo accipiemus. Et paulo post. Quia in re hoc est salubre remedium vt cum se mens ex memoria culpæ reprehendit, hoc* ^{1. Ioan. 3. 20.} *prius in oratione desinat, quod errauit: quatenus cum erroris macula stetibus tergitur, in petitione sua cordis facies ab authore mūda videatur. Et rursus. Semper ante orationis tempora debet sollicitè conspici, quicquid potest in oratione reprobari. Sape namque immunda vel illicita quedam in animo versamus, quoties à precibus vacamus. Sed cum se mens ad studium orationis erexerit, earum rerum imagines reuerberata patitur, quibus libenter prius otiosa premebatur, & c. Sape curis mundi libenter occupamur: cum que post hæc studio orationis intendimus, nequaquam se mens ad cælestia erigit, quia pondus hanc terrenæ sollicitudinis in profundum merfit.*

IV. REMED. Reuerentia erga Deum, hoc est, vt magna cum humilitate & reuerentia corporis atque animi, atque si Deum in sua maiestate cum omnibus sanctis præsentem spectares, exordiaris orationem mentalem vel vocalem. Sic monet in hoc genere exercitatus S. BERN. ^{Bern. serm. de} ^{4. modis oran-} ^{di.} ^{Psal. 41. 5.} *Quid aliud, inquit, cogitare debet frater intrans ad orationem, quam Propheticum illud. Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei? Omnino siquidem* ^{Dan. 7. 10.} *oportet nos orationis tempore curiam intrare cælestem: illam vtiq; curiam, in qua Rex regum stellato sedet solio circumdante innumerabili & ineffabili beatorum Spirituum exercitu. Vnde & is se qui viderat, qui maiorem numerum non inuenit, mille ait, millium ministrabant ei, & decies cetera millia assistebant ei. Quanta ergo cum reuerentia, ^{Dan. 7. 10.} *quanta timore, quanta illuc humilitate accedere debet à palude sua procedens & repens rariucula vilis! Quam tremebundus, quam supplex, quam deniq; humilis & sollicitus, & toto intentus animo maiestati gloria in præsentia Angelorum, in cōcilio iustorum, & congregatione assistere poterit miser humilio? Et infra. Sic igitur oret, qui orat,**

L tanquam

Gen. 18. 27.

tanquam presentatus ei, qui sedet super excelsum thronum in Angelis, qui minime reciderunt, & eleuati in hominibus, quos suscitauit de puluere inopes, & erexit de stercore pauperes: sic inquam, semetipsum consideret, & sic attendat, tanquam presentatum Domino maiestatis, ut dicat cum Abraham. Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis. Et quia tuo precepto com monit us, tua institutione format us, id presumo Domine fons pietatis. Quam autem absurdum & ridiculum sit orantem in tanta maiestatis presentia mente distrahi & euagari his verbis declarat

Cyp. de orat. Domin.

B. CYPRIAN. Quam autem segnitia est, inquit, alienari & capi ineptis cogitationibus, & prophanis, cum Dominum deprecari, quasi sit aliud quod magis debeas cogitare, quam quod cum Deo loquaris. Quomodo te audiri à Deo postulas, cum te ipse non audias? Vis Deum esse memorem tui cum rogas, cum tu ipse memor tui non sis? hoc est, ab hoste in totum non cauere: hoc est, quando oras Dominum, maiestatem Dei negligentia orationis offendere: hoc est, vigilare oculis & corde dormire: cum debeat Christianus, & cum dormit oculis corde vigilare: sicut scriptum est ex persona Ecclesie loquentis in Cantico canticorum. Ego dormio, & cor meum vigilat. Quapropter sollicitè & cautè Apostolus admonet dicens. Instate orationi, vigilantes in ea, docens scilicet & ostendens eos impetrare: quod postulant de Deo posse, quos Deus videat in oratione vigilare.

Cant. 5. 2.

Col. 4. 2.

Naz. orat. de cura paup.

V. REMED. Iugis presentie diuinæ memoria, cum in aliis vitæ actionibus, tum maximè in tota oratione. Nam ita scribit GREGO. NAZIANZ. in oratione quadam. Non tam sæpè respirare oportet, quam Dei meminisse. Deus enim perpetuo & continenter nobis bene facit, in esse conseruans, & necessaria ministrans. Nam si vel minimo momento à nobis oculos remoueret, in nihilum redigeremur, sicut imago nostri in speculo apparens in nihilum redigitur, quæ primum nos loco mouemus; & sicut calor ab aqua recedit, quoties ab igne vel sole remouetur. Ut corpus animæ, rami arboris trunco, solares radij soli vniti, ut ab illis virtutè suâ trahant, esse debent: ita mente semper Deo vniti esse deberemus. Accedite ad eum, ait Propheta, & illuminamini, & facies vestra non confundentur. Et S. BASILIUS in Regulis breuioribus, quæstione posita, quomodo quis assequi possit, ne inter orandum distrahatur? respondet. Nimirum, si certo credat Deum se ante oculos habere. Si enim Principem aliquis, aut præsidem inueniens, & cum eo loquens oculos ab eo dimouere non solet, qui non tandem credibilis est intentam mentem habiturum illum qui Deo preces adhibeat in eum, qui seruetur corda & renes, & illud facturum quod scriptum est. Leuantes puras manus sine ira & disceptatione? Ac rursum post quæstionem positam, num fieri queat, ut nunquam quis mente distrahatur. Respondet fieri posse. Nimirum si quis excellentem electi viri David mentem induerit, quod de seipso loquens ait, nunc quidè. Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. nunc verò, oculi mei semper ad Dominum. Alias autem. Ecce sicut oculi seruatorum in manibus dominorum suorum: sicut oculi ancillæ manibus. Domina suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum. Atque, ut minore exemplo discamus quæto studio in rebus maioribus, ut conueniat, quisque consideret, quomodo coram aliis etiam æqualibus, omni in re studeat curare.

Psal. 35. 6.

Basil. q. 11. 201. & 306.

Psal. 7. 10.

1. Tim. 2.

Psal. 15. 8.

Psal. 24. 15.

Psal. 121. 2.

care.

rare reprehensionem in statu, ambulatione, motuq; cunctisq; membri, etiam locutione. Tu
perpendat veram esse promissionem Filij Dei. Vbi duo vel tres congregati fuerint in no-
mine meo, ibi in medio eorum sum. Itemq; Spiritum S. adesse moderatorē, donorumq;
distributorem. Similiter Angelos custodes vniuscuiusq;, secundū quod dictū est à Do-
mino. Videte ne contemnatis vñ de pusillis istis. Dico. n. vobis, quoniam Angeli eorum

Matth. 18. 10.

vident faciem patris mei, qui in caelis est, &c. Amplius, si illud etiam implere studeat.

Psal. 33. 2.

Benedicam Dominū in omni tempore. semper laus eius in ore meo. Et illud. Meditabi-

Psal. 1. 2.

bitur in lege Domini die ac nocte. Quo videlicet mens in perenni meditatione voluntati
Dei occupata ne quaquam spatium inueniat, quo ad futiles cogitationes possit aberrare.

VI. REMED. Considera humani generis hostem nulli pietatis ex-
ercitio æquē infestum esse ac attentæ & deuotę precationi, vti passim an-
notarunt SS. Patres. B. CYPRIANVS loco ante citato ita loquitur. Clau-

Cyp. de orat.

Dom.

datur in oratione cōtra aduersarium peccatus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei
tempore orationis adire patiatur: obrepit enim frequenter & penetrat, subtiliter fal-
lens preces nostras à Deo auocat, vt aliud habeamus in corde, aliud in voce, cum inten-
tione sincera Dominū debeat nō vocis sonus, sed animus & sensus orare. B. EPHR.

Ephr. tom. 2.

de panoplia spirituali. Cū quis in sciētia orat, nec sinit euagari cogitationes suas,
vehementer cōtristatur inimicus, veluti acerrimo spiculo in corde percussus, &c. Quod

si, dū oras, mens tua distrahatur, siue per oculos, siue per aures, siue per cogitationes, sci-
ro hoc ipsum inimici esse opus. Neq; nimium etiam festines tuā implere orationem, ce-
rum te ipsum paululum coargue, rursumq; animum collige, vt scias pro quibus Deū po-
stules, & cur ipsum ores, ne perperā superflua verba effundas. Illud enim. Satana opus

est, vt cogitationē in infinita iaculetur, nec sinat hominem in ea persistere postulatiōe,
quam impetrare contendit. Nouit quippe, quod si perseveret homo deprecans, exaudiet
eum, qui fecit illum, etiam si innumerabilia peccata commiserit. Sic IO. CASSIAN.

alicubi scripsit, Orationib. maximē insidiari dæmones. Multa huius rei exempla
exstant in vitis eremitarum, vt S. Antonii, Hilarionis, & aliorum sancto-
rum. De Hilarione obiter inter orandum distracto ita scribit B. HIERO-

Hieron. in eius

vita.

NYMVS. Orans se me! Hilarion fixo in terram capite, & vt natura fert hominum,
abducta ab oratione mēs nescio quid aliud cogitabat: insiliit dorso eius festinus gladi-
ator, & latera calcibus, ceruicem flagello verberans. Eia, inquit, cur dormitas? cachin-
nonisq; desuper, cum defecisset, an hordenum vellet accipere sciscitabatur? De S. DO-

Theod. l. 3. c. 12.

minico auctor vitæ apud Surium ita scribit. Noctē quadam ante aram ad pre-
ces prostratum malus dæmon inturbare volens grandem lapidem è lecto Ecclesia de-
iecit, eoq; impetu, vt tota Ecclesia eius casu circumsonaret. Vsq; adeo autem capi-
tius propinquus fuit lapis, vt ruens capitium eius contingeret. Sed viro Dei nihil

se penitus mouente hostis terribiliter exulans abscesse. B. ÆGIDIVS vnus è S.
Francisci Seraphici primis sociis, (cui oranti infestissimus erat dæmon)

Sur. in vita 23.

April.

rogatus cur dæmones plus aduersentur homini oranti, quam aliud
pium opus exercenti, respondebat. Si quis licet alicui intendat coram
L 2 iudice,

induce, is cui lis infertur omni studio laborat, ne contra ipsum sententia feratur. Sic & demon facit, nam quando pius homo Deum orat pro sua aliorumque salute, licet intendit demoni, tanquam animarum prædoni.

VII. REMED. est, vt euagationes inter precandum, siue incuria tua, siue actu dæmonis obrepentes illico repellas. Nam sæpe, inquit B. GREGO. in ipso orationis sacrificio importunè se cogitationes ingerunt, quæ hoc rapere, vel maculare valeant, quod in nobis Deo stentes immolamus. Vnde Abraham, cum ad occasum solis sacrificium offerret, insistentes aues pertulit, quas studiosè, ne oblatum sacrificium raperent, abegit. Sic nos, cum in ara cordis holocaustum Deo offerimus, ab immundis hoc volucris custodiamus, ne maligni Spiritus, & peruersa cogitationes rapiant, quod mens nostra offerre se Domino vtiliter sperat. 2. Si æquo crebriores tibi obrepere videantur, non ideo hastã abicias & desperes, quia suavis & misericors est Dominus. Desperandum est, inquit AVGVSTINVS, de genere humano? & dicendum iam ad damnationem pertinere omnè hominem, cui surreperit aliqua cogitatio oranti & interruperit orationem ipsius? Si hoc dixerimus fratres, quæ spes remaneat, non video. Porro quia est aliqua spes ad Deum, quia magna est eius misericordia, dicamus ei. Iucunda animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuasti. Et quomodo eam leuasti? quomodo potui, quomodo tu vires dedisti. Quomodo eam fugientem apprehendere valuit & excidit tibi? quia quotiescumq; ante me stetiisti, puta Deum dicere, tanta vana & superflua cogitasti, & vix mihi fixa & stabilem orationem fudisti. Quia tu es Domine suavis ac mitis. Mitis es, tolerans me. Ex ægritudine desisto. cura & stabo. Confirma, & firmus ero. 3. Nec abrumpe tempus orationi consuetæ præstitutum, etiam si distractionibus obruare, ne victoriam dæmoni cessisse videre. Vnde S. BASILIUS in sermone commonitorio. Caue diligenter, ne cogitationi illi animi tui assentiare, quæ ab orationis canone nondum peracto auellere te studeat. Habent enim morem hunc dæmones, vt faciendæ orationis temporibus, per speciosam aliquam laudabilis causæ simulationem nobis auctores sint, vt ab ea nos subducamus, vt quam salutem asserre nobis intelligunt, ab ea nos probabiliter abducant. Et in Constit. monast. Quod si flagitiosarum cogitationum vis vehementior insurgat, ne sic quidem est deiciendus animus, ne q; suscepta certamina ex dimidia parte confecta relinquenda, sed eo vsque obfirmatè perdurandum, quoad Deus perspecta nostra constantia gratia Spiritus sancti nobis affulgeat.

V I D E V. Acedia. Colloquia otiosa. Desolatio spiritualis. Familiaritas nimia. Illusiones spirituales. Indiscretio. Pigrizia. Pusillanimitas. Tristitia. Tepiditas.